Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

351. Tractatus (libellus secundus) De Peccatis. XVII w.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

351 I

VIII A 18.

Dissertatio III.

BIBLIOTEKA W.B.

De peccato Mortali et Veniali.

Quæstio I.

De Existentia et essentia peccati Mortalis et Venialis.

Cum jam hoc de peccato personali, ejusque principua divisione in actuale et habituale in præcedenti Dissertatione sermonem instituerimus, et terminaverimus; superest modo de speciali divisione loquamur peccati personalis, quæ est in peccatum mortale et veniale. Sit itaque

Articulus I.

An detur peccatum mortale et veniale?

Nota Huic quæsito nobis occasionem dedam esse aberrones sensu hominum, qui aut utrumque existere negarunt, aut unum tenuerunt, et sic Luthenus asseruit, omne peccatum esse mortale, nullum vero veniale. = Alia itaque hæresis erat, quæ admittebat divisionem peccati actualis in mortale et veniale, sed falsam rebellit, hinc asserit illa hæresis, illa peccata esse venialia, pro quibus Deus vult exigere pœnas tantum temporales, illa peccata esse mortalia, pro quibus Deus vult exigere pœnas æternas. Sed hoc falsum est, tam per suppositionem, quod Deus non adverteret peccatum, adhuc nihilominus homines venialiter et mortaliter peccarent, cum etiam hoc casu homines operarentur libere voluntarie deliberate et circa materiam quantumcunque ad peccatum mortale constituendum requisitam, quorum si quid deest, est peccatum veniale, et sic pro hoc casu adhuc verificaretur illud Pro mensura delicti sit et plagarum modus. ergo male imo et pessime docuit hæresiarcha Pelagiani, Vigilantius, quamvis ad miserint existentiam peccati mortalis et venialis, tamen iterum suo modo erroneo explicarunt existentiam horum peccatorum; nam omnia peccata præter infidelitatem esse venialia, peccata autem infidelitatis esse mortalia. Sed hoc quam sit falsum colligimus inde, quod D. Matthæus, Latro, Magdalena sint damnati pro damnationem, et nemo tamen dubitet, illorum Magdalenæ septem dæmonia ejecerit. Christus et Vos autem cum sensu sano Theologorum Catholicorum de existentia et essentia horum peccatorum sentiamus, mox et statuemus ea quæ circa et eorum resolutionibus in hac quæstione per totum patebit. Sit itaque

Quæst. I. Datur ne peccatum Mortale et Veniale?

Respondeo: Certum de fide esse, dari peccatum mortale et veniale, quia vere et propria sunt peccata.

Ratio probatur Primo ex parte, quod peccatum mortale detur, est: quia id constat [illegible] et illo

Ratio est: quia id constat ex illo ad Rom. 1. Qui talia agunt, digni sunt morte; tum ex illo ad Galatas 5. Qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur; sed talia acta, ex quibus sequitur mors spiritualis et privatio Regni celestis, sunt peccata mortalia: ergo datur peccatum mortale. Nec fas, cum peccatum mortale adferat mortem et privet regno coelorum.

Ratio 2da pars est: nempe, quod detur peccatum veniale: quia id constat ex illo Eccles. 10. Non est, qui non peccet: tum ex illo Proverbiorum 24. Septies in die cadit justus. tum ex illo Jacobi 3. In multis offendimus omnes: sed haec loca explicari nequeunt de peccatis mortalibus; cum falsum sit, hominem justum saepius in die mortaliter peccare, et in multis peccatis mortalibus Deum offendere, licet in peccata venialia soleat incidere etc.: ergo haec loca explicanda sunt de peccatis venialibus; consequenter datur peccatum veniale. = Tum quia sicut non omnis offensa et injuria amico facta dirimit amicitiam, ita non quodlibet peccatum separat a Deo nos, nec aufert gratiam, per quam homo constituitur amicus Dei: ergo non omne peccatum est mortale; consequenter datur peccatum veniale.

Objicies.

Objicies Matthaei 5. dicitur: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum; sed de hoc loco inferendum videtur, nullum dari peccatum adeo leve et parvum, quod a Regno coelorum non excludat: ergo nullum datur peccatum mere mortale, cum solum peccatum mortale privet regno coelorum et efficiat vocari minimum in regno coelorum. = Praeterea Ezechielis 18 dicitur, Anima quae peccaverit, ipsa morietur; et Jacobi 2, Peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem. sed peccatum, quod generat mortem, mortale est: ergo omnia peccata videntur esse mortalia, et nullum veniale.

Respondeo in his et similibus locis sermonem esse de peccato mortali; minime tamen hinc excludi peccatum veniale, cum haec loca licet sonent tantum de peccato mortali, non tamen aliquo modo excludunt, dari peccatum veniale, cum tali modus excludendi in illis locis nullatenus pateat: ergo inde inferri non potest, non dari peccatum veniale.

Observandum circa verba Matthaei hoc est: nempe, mandata Christi appellari minima Primo modestiae causa, ut inquit Chrysostomus: Quo comparatione aliorum, quatenus nempe mandata Christi prohibent non solum actus externos, sed etiam internos, sua quatenus non solum prohibent opus externum, sed etiam concupiscentiam et desiderium. Propterea Christus eo in loco invehitur contra Pharisaeos asserentes, prohiberi peccata solum externa, non vero interna. Hinc quae sensus illorum verborum Matthaei: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, interius tantummodo peccando, minimus vocabitur in regno coelorum, id est, a Regno coelorum excludetur, cum peccatum mortale, quod a Regno coelorum excludit, possit non solum opere externo, verum etiam interno solo nempe affectu et interna animi cogitatione committi. Ita communiter Doctores.

Iste scholasticus habet

Iste Articulus habet connexionem cum Articulo non sequenti, 2
sed præcipue cum primo istius membro. Hinc sit

Articulus II.

An peccatum Actuale convenienter dividatur in mortale et veniale? Et an hæc divisio peccati Actualis in mortale et veniale sit univoca aut analoga? Et non quid sit peccatum mortale, et quid peccatum veniale?

Ea quæ existentiam peccati mortalis et venialis visa sunt in præcedenti Articulo ostenderimus; restat, discutiamus, an peccatum actuale, cui competit gravitas et levitas, convenienter dividatur in mortale et veniale, et an hæc divisio sit univoca aut analoga? nec non quid sit peccatum mortale et veniale? Ea quæ discutiendum aggredimur præcipue contra errores hæreticos supra in Dotali recensitos. Quapropter

Quæres? An peccatum Actuale convenienter dividatur in mortale et veniale?

Respondeo affirmative. Ratio probativa est: Quia peccatum est perversio ordinis, quæ perfectio si est reparabilis est peccatum veniale, si est irreparabilis, est peccatum mortale; sed esse perversionem ordinis competit reparabilem aut irreparabilem actuali: ergo convenienter peccatum actuale dividitur in mortale et veniale; maxime quia perversio ordinis reparabilis et irreparabilis in peccato actuali non est eiusdem rationis, cum reparabile minus importat, quam irreparabile. Tum quia hæc divisio colligitur ex illo Matthæi 7. Vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non consideras: ubi D. Hieronymus per festucam intelligit peccatum veniale, et per trabem peccatum mortale: ergo peccatum actuale convenienter dividitur in mortale et veniale. Tum etiam colligitur hæc divisio ex illo Proverb. 24. Septies in die cadit justus; sed si daretur peccatum tantum mortale, sequeretur, quod justus septies in die mortaliter peccet, et sic non salvaretur sensus totius textus, quia non sensus huius vocis justus, neque sensus totius textus, eo quod justus post primum in die peccatum mortale omnes sum consequentes iniquitates ex justo injustus, et sic cætera peccata non quia justus sed quia jam injustus patraret, sic quæ non salvaretur sensus totius textus, qui exprese dicit justum cadere septies in die: ergo in textus illius intelligitur peccatum veniale, sicut per textum Matthæi 7. intelligitur peccatum mortale et veniale juxta interpretationem Hieronymi; consequenter peccatum actuale convenienter dividitur in mortale et veniale. Tum quia pro mortali peccato stant textus etiam supra relati in probatione toto (nempe de Rom. 1. et ad Galatas 5: tum quia per venialibus sic intelligimus illud etiam Concilii Tridentini sess. 6. can. 11. ubi sic definit: quod homines quantumvis sancti, excepta B. Virgine in hac mortali vita, in multa labuntur, et quotidiana [illegible] incidunt peccata, quæ non admittunt illis justitiam, et quotidianorum peccatorum intelligentur peccata venialia, et nomine talium actum

nomine talium actuum

nomine talium actuum, et quibus sequitur mors spiritualis et privatio regni coelorum, intelligitur peccatum mortale; ergo peccatum actuale convenienter dividitur in mortale et veniale.

Quæres. 2. An hæc divisio peccati actualis in Mortale et Veniale sit univoca aut analoga?

Respondeo pro diversa ratione hanc divisionem posse dici et Univocam et Analogam. Univoce est, si natura peccati spectetur in quantum est peccatum, seu metaphysice seu in ratione entis consideretur; si autem natura peccati consideretur in ratione moris, erit hæc divisio analogi in analogata.

Ratio 1mæ partis probativa est: Quia peccatum ut sic in communi sumptum, et ut præscinditur a mortali et veniali, est id, quod est contra aliquod præceptum, et contra aliquam virtutem, et contra rectam rationem; ergo hæc ratio peccati sic in communi considerata, et æque et mortali et veniali convenit: ergo hæc divisio erit univoca. — Confirmatur id ex illo Proverb. 10. In multiloquio non deerit peccatum. et ex illo Joan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; sed in his locis peccatum sumitur, quatenus æque convenit et mortali et veniali, sed hoc quatenus et mortale et veniale peccatum est contra aliquod præceptum contra aliquam regulam rationis: ergo hæc divisio peccati Actualis in mortale et veniale, quatenus peccatum consideratur in ratione sui generis tantum entis seu metaphysice, est univoca. — Præterea quia furtum magnum et furtum parvum non distinguuntur inter se specie, cum utrumque ad unam speciem furti spectet: ergo peccatum furti univoce dicitur et de magno et de parvo furto; consequenter hæc divisio peccati Actualis in Mortale et Veniale est univoca.

Ratio 2da partis est: Quia peccatum, in genere moris consideratum, est id, quod destruit gratiam et mortem spiritualem infert; sed peccatum solum mortale est ejusmodi per se, cum peccato veniali id conveniat solum per accidens et per relationem ad mortale peccatum, in quantum venialia frequentius committendo disponunt ad mortalia: ergo peccatum mortale et veniale in genere moris sunt analoga; consequenter et divisio peccati actualis in mortale et veniale in genere moris est analoga.

Nota pro sequenti Quæres; nos jam locutos fuisse de quidditate peccati mortalis et venialis in Dis. Sert. I. Quæst. IV. art. 3. in Quæs. 2da, in materia huc locis spectet: itaque de recenti hic loci definitionem peccati mortalis et venialis dabimus, ergoque definitionem etiam ejus ex hac ultimi usque hujus peccati locutentibus patebit, ~~similia~~ et effectus de illis in fine hujus partis. Sit itaque modo

Quæres 4. Quid sit peccatum

Quæres 4. Quid sit peccatum Mortale et Veniale?

Respondeo. Peccatum Mortale est, quod ad interiora animæ penetrat, gratia vivificantem animam privat, mortem ei inferit, et eandem de gratia damnatione æterna facit, ideoque etiam mortiferum dicitur, quia mortem animæ infert, et eandem digna damnatione æterna facit, juxta illud Ezechielis 18. *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* = Peccatum Veniale est est exiguus et levis culpæ reatus, qui ob sui levitatem et offensæ parvitatem veniam sperat, et pœna solum temporali facit dignum: quia non avertit hominem a Deo, nec inimicum Dei facit, sicut peccatum mortale, quam bene consistat in subjecto cum gratia habituali, quo facit subjectum Deo gratum et amicum Dei.

Advertite hic Peccatum ~~veniale~~ tripliciter dici veniale: 1mo ex eventu. 2do ex causa. 3tio ex genere suo. = 1mo ex eventu dicitur veniale ob remissionis possibilitatem, quia illius veniam consequi possumus: et sic in hoc sensu etiam peccata mortalia dicit posse venialia, quatenus illorum remissionem per pœnitentiam consequimur. 2do dicitur veniale ex causa, quatenus illud committitur ex passione vel ex ignorantia, aut aliis tunc enim tale peccatum magis dignum venia videtur, quam si ex malitia committatur; ut patet ex verbis D. Pauli, quod misericordiam sit consecutus, quia ignorans fecit: et in hoc sensu etiam peccata mortalia dici possunt venialia, si ex passione vel ignorantia fiant. 3tio peccatum ~~veniale~~ dicitur veniale ex genere suo, quod gratiam in subjecto non destruit, sed simul cum ea bene consistit in eodem subjecto, et veniam ex natura sua meretur. Et in hoc significato peccatum veniale proprie dicitur, de quo modo nobis tractandum. Hactenus

Articulus III.

Unde peccatum Veniale habeat suam accepiat denominationem?

Nota 1mo: Circa hoc quærendum solvendum varias esse opiniones Theologorum. Etenim alii ut Scotus, Gabriel, putant, peccatum hoc nomine veniale appellari, quia est contra consilium, mortale vero, quia est contra præceptum; alii, ut Capetanus, putant peccatum hoc nomine veniale appellari, quia est circa media, mortale vero circa finem; alii ut D. Bonaventura, Alensis putant peccatum hoc nomine veniale appellari, quia est contra legem, mortale vero, quia est contra legem: ~~Dominicus~~ alii, quibus et nos sentiunt, peccatum hoc nomine veniale appellari, quia est levis culpæ reatus, et mortale, quia est gravis culpæ reatus, et probat sententia stabilienda et firmanda: cum in peccato sit malitia, injuria et offensa alterius, ut diximus supra in disp. II. q. 3. art. 2. quæ malitia injuria et offensa jam gravis jam levis ~~est~~ reperitur. Bene intelligenda est, quid ~~sit~~ et gravitas et levitas offensæ Dei. Regula sit

Nota II gravitatem

Nota II do: Gravitatem offensæ Dei in eo consistere, quod homo in creatura sistat, et in ea tanquam in ultimo fine sibi complacet, juxta illud, Qui plus diligit patrem aut matrem quam me, non est me dignus: unde qui peccat graviter, plus facit creaturam quam Deum. Levitatem vero offensæ Dei in eo consistere, quod homo venialiter peccando non amittat gratiam per quam est amicus Dei, neque æternis dignus pœnis sed nulla penitus. = Porro hæc gravitas et levitas offensæ Dei et modis intelligenda est: Primo ex causa, sic si actus vitiosus cum plena deliberatione et perfecto usu rationis committatur, erit peccatum mortale; si autem committatur ex imperfecta deliberatione et imperfecto usu rationis, erit peccatum veniale. Do ex quantitate materiæ, ut ex gr si res parva sed tamen aliena accipiatur, erit peccatum veniale; si vero res magni pretii accipiatur, erit peccatum mortale. 3tio ex genere seu natura peccati, ut si peccatum ex natura sua est levis culpæ ratus, ut mendacium jocosum, ablatio calami; si autem peccatum ex natura sua est gravis culpæ ratus, ut fornicatio, peccatum erit mortale. 4to ex qualitate præcepti, ut si sverit et sub interminatione gravis pœnæ fuerit prohibitum, sic ex gr comestio pomi in paradiso fuit res parva, sed ratione præcepti, quia sub interminatione mortis æternæ fuerat prohibitum, fuit res magni momenti, unde comestio hæc pomi fuit peccatum mortale; si vero ex qualitate præcepti severa prohibitio et interminatio gravis pœnæ non fuerit, peccatum erit veniale.

Nota III Licet diximus supra dissert. 2. q. 2. ad quæres 4. peccatum habituale esse maculam relictam in anima post peccatum commissum, et hanc a peccato actuali mortali imprimi proprie, quatenus actuale destruit gratiam; tamen hanc maculam peccati habituale venialiter non imprimit proprie seu improprie et secundum quid. Patet est: quia macula proprie dicta destruit pulchritudinem et nitorem gratiæ infusæ animæ; sed peccatum actuale veniale non destruit hanc pulchritudinem et hunc nitorem, cum compatiatur secum gratiam in subjecto, a qua est pulchritudo: ergo non imprimit maculam proprie dictam. = 2dum quia dicitur Proverb. 26. Quis potest dicere, mundum est cor meum: ubi etiam intelligitur justus, atqui justus non est immundus immunditia et macula peccati mortalis, quia est proprie dicta, cum sic ei immundus esset, non esset jam et non diceretur [illegible] justus: ergo est immunditia et macula peccati venialis, quæ improprie et secundum quid dicitur macula; consequenter peccatum veniale imprimit maculam secundum quid et improprie. = Hinc colliges. Peccata venialia non destruere gratiam quoad habitum, sed illam tantum impedire quoad operationem, eo quod homo venialiter peccans non jam ita feste operetur, sicut operatus fuisset per gratiam, venialiter non peccans; et sicut pilus, licet sit res exigua et levis, propicit tamen umbram, ita peccata venialia, licet sint exigua et levia, tamen malitia et offensa Dei ea, quam in se habent, gratiam ipsam perstringunt, licet eandem non extinguant et non excludant.

Nota IV

Dota IV. Cum jam premiserimus præcedentia 3 dotata
citur nunc fusius et principaliter unum et verum dotatum, nec non pro-
cedentis articuli quæst 4tum, et illius ibi adverte; et cum patet ex
præcedenti Distinct. 2. constet, quid sit peccatum actuale et habitu-
ale quoad substantiam et essentiam, quæ definitione ibidem data
facile applicari poterit quoad substantiam, parfunt cuilibet peccato, et sic
etiam peccato mortali et veniali, vgsic dicendo peccatum mortale
est gravis privatio debitæ rectitudinis in esse; peccatum veniale
est levis privatio debitæ rectitudinis in esse; haudditur solummodo por-
=propter definitionem peccati mortalis et venialis, quas dedimus in
præcedenti articulo in quæst 4, sunt quoad etymologiam nomi-
=nis, et in hoc sensu etiam in præsenti quærimus, quid sit pecca-
=tum veniale quoad etymologiam nominis, seu unde hanc ac-
=cam denominationem habeat. Sit itaque.

Quæs. 5. Quid sit peccatum veniale et mortale
quoad nominis etymologiam, et unde peccatum mortale et
veniale hanc suam appellationem deducat?

Respondeo. Peccatum veniale s: quoad nominis etymologiam s:
est levis culpæ reatus et exiguus, qui obsui levitatem veniam
mereter, et dignum solummodo pœna temporali facit. Pecca-
=tum mortale est gravis culpæ reatus, qui obsuam gravitatem
gratiam excludit de anima, mortem eidem infert, et dignam pœna
æterna facit. Porro peccatum veniale inde hanc appellationem
habet, quod sit levis et exiguus culpæ reatus; peccatum vero mortale
etenum hanc sui appellationem inde habet, quod sit gravis culpæ reatus.
Ita Sanchez, S. Thomas 1.2 q. 88 a. 1.2. Azorius, Decanus, Villuccius, et alii.

Ratio Ima partis est: Quia peccatum veniale est reatus culpæ
facile reparabilis; etenim, quum sit materia solummodo sufficiens
sacramenti pœnitentiæ, non vero necessaria, remitti potest variis
=catum gratiam habitualem non excludit, sed cum ea bene consis-
=tit in eodem subjecto nempe in anima; unde peccatum hoc ~~neque~~
animam non reddit inimicam Deo, neque eandem mortem æternam
=luit, neque pœnam aliam nisi tantum temporalem ~~commuta~~ sub-
=eundo: ergo peccatum veniale s: est levis ~~culpæ~~ et exiguus culpæ reatus.
=minis: s: est levis ~~culpæ~~ et exiguus culpæ reatus.

Ratio IIda partis est: Quia peccatum mortale ~~est reatus~~
~~culpæ irreparabilis~~ in se et sua natura absolute et simpliciter consi-
=deratum est reatus irreparabilis culpæ, tum de sua natura pa-
tet: si malitia, quod gratia habitualem in subjecto nempe in ani-
=ma destruat, illam nunquam restituendam, animam de somum
et mortuam et inimicam Deo constituat nunquam renovandam
et reconciliandam Deo, et eandem pœnis æternis subeundis subjiciat.
unde si homo in illo decesserit, perit æternaliter a conspectu Dei: tum
etiam quia peccatum mortale comparative et respective ad misericor-
=diam Dei et sua remedia remissiva consideratum licet non sit reatus

culpæ irreparabilis

culpa irreparabilis, est tamen difficulter reparabilis, ut pote quia pro eo remittendo nulla, sufficiunt remedia nisi solum Sacramentum Penitentiæ in re aut saltem in voto, non peccat: ergo peccatum mortale est gravis reatus culpæ.

Rationes IIdi IVto partis: nempe unde peccatum veniale et mortale hanc suam denominationem desumant: sunt eadem quæ pro probandis bonum peccatorum definitionibus sunt data: nempe peccatum inde dicit veniale, quia est exiguum, leve non mortificare inclinans, facile reparabile, non destructivum neque exclusivum gratiæ, importativum pœnæ tantum temporalis, et satisfactorie remissibile. Peccatum vero mortale inde hoc nomen habet, quod sit grave, malitia tanta extrinsece et terminative infinito, irreparabile aut in sensu respectivo difficulter reparabile, ac exclusivum gratiæ et subjecto, mortem inferens, et pœnas æternas subjecto subeundas causans: ergo peccatum merito inde nomen venialis et mortalis habet.

Objicies.

Objicies Imo Sunt Doctores, qui putant peccatum hoc nomine veniale appellari eo, quod sit contra consilium, mortale vero, quod sit contra præceptum: ergo peccatum non appellatur veniale a levitate exiguitate, et mortale a gravitate.

Respondeo dist: Maj. apeppello Sunt Doctores, quidem eo, quod sit ita, et ita est in genere solo opinativo ipsorum contra Maj. et ita est in sensu certo et infallibili, et in re ipsa de facto nego Maj. et consq. Licet enim ipsi, ita esse, opinati sint; intrinsecum tamen repugnantiam ita de facto in re non est: patet est, quia etiam peccatum veniale est contra præceptum: ergo non solum peccatum mortale: tum quia si ita esset, ut ipsi opinati sunt, tunc sequeretur eos, qui non amplectuntur ea, quæ sunt de consilio, esse in statu peccati, et quemlibet, qui non vellet bona sua, ut illa in pauperes distribuat, reum esse culpæ, cum faciat contra consilium; præterea eum peccare, qui matrimonio conjugitur, cum faciat contra consilium virginitatis, quæ hæc non sunt admittenda: ergo etiam non videtur admittendum id, quod peccatum ex eo appellatur veniale, quod sit contra consilium, sic probius dicendum est, ideo peccatum appellari veniale, quia est talis culpa privans nostrum gratiæ, charitatis et amicitiæ Dei.

Objicies IIdo: Peccatum inde dicitur veniale, quod sit circa media, mortale vero inde, quod sit contra ultimum finem: sic enim Cajetanus distinguit inter mortale et veniale: ergo peccatum non habet suam appellationem veniale a levitate et mortale a gravitate culpæ.

Respondeo nego Ant: etiam peccatum veniale dari potest non solum circa media, sed etiam contra ipsum Deum qua ultimum finem in eo, qui venialiter peccat contra Deum qua ultimum finem, sic ut qui tepidiorem actum amoris Divini elicit, quam oportet; aut qui in oratione animo distrahitur; ut enim ille hactus, qui sunt circa Deum, sic elicit, minus recte facit, cum bonum sit ex integra causa, malum vero ex quolibet defectu: ergo sic circa Deum et contra Deum qua ultimum finem peccat, consequenter peccatum veniale non solum circa media, sed etiam circa ipsum

Deum committi potest

Deum committi potest: igitur peccatum veniale desumit suam appellationem ab eo, quod sit circa media, seu a levitate et exiguitate culpæ circa media, seu etiam circa ipsum Deum.

Objicies III. Peccatum inde habet appellationem suam veniale, quod non sit contra præceptum, mortale vero, quod sit contra præceptum: ergo non a levitate et veniale, et mortale non a gravitate.

Ita enim peccatum veniale et mortale distinguit D. Bonaventura, Lyranus, Ockam, Scotus, Durandus, Tolensis, et alii.

Respondeo nego Ant. Nam esto negari non possit, peccatum veniale non esse eo modo contra præceptum, quo modo peccatum mortale sit contra præceptum, cum mortale sit contra præceptum, quatenus evertit legem cum charitate, qua est legis plenitudo juxta illud Plenitudo legis est dilectio, veniale vero sit contra præceptum, quatenus minuit legis præceptum, minime vero charitatem evertit, sed diminuit; tamen negari potest, peccatum veniale nullo modo esse contra præceptum, ratio allata patet: porro ita esse non potest, quod peccatum inde suam appellationem veniale habeat, quod non sit contra præceptum, cum peccatum quoad substantiam sit privatio debitæ rectitudinis in esse, quæ non aliter nisi vi legis inesse actui debet, ideo enim dicitur privatio debitæ rectitudinis, porro hæc privatio jam levis jam gravis esse potest: ergo recte dicitur, peccatum veniale suam appellationem habere a levitate et exiguitate, sicut mortale a gravitate.

Objicies IV. Peccatum inde dicitur veniale, quia est præter legem, mortale vero inde, quia est contra legem: ergo peccatum non a levitate dicitur veniale, neque mortale a gravitate. Ita aliqui.

Respondeo nego Ant. ~~Nam licet peccatum sit præter legem recta~~ Nam peccatum simpliciter et absolute consideratum non est præter legem, seu contra legem: Ratio est: quia omne peccatum veniale est actus moraliter malus seu actus moraliter malus repugnat rectæ rationi et ~~legi~~ sic saltem legi æternæ: ergo peccatum veniale est contra legem. Tum quia sumiens v. g. assem, peccat, eo quod faciat id: ergo peccatum veniale est contra legem, non autem contra præceptum septimum Decalogi, sed hoc peccatum est veniale: ergo peccatum veniale est contra legem, non autem præter legem: consequenter peccatum et allata ratione in objectione dici nequit veniale, nempe ex ea quod sit præter legem, idem de tamen non sit præter legem sed contra legem.

Instabis. Matthæi 19: dicitur: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, seu qui tantummodo venialiter peccat, ingreditur vitam: ergo peccans tantummodo venialiter nihil facit contra mandatum seu præceptum, consequenter peccatum veniale non est contra præceptum sed præter præceptum.

Respondeo: Explico textum. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, ea lege tamen non violando, concedo, serva mandata ea neque leviter violando, nego distinguo: seu qui tantummodo venialiter peccat, ingreditur vitam, remisse etiam culpa venialis et reatu pœnæ temporalis concedo, non ingreditur vitam, non remisse etiam ultro negando et consequens. Etenim iste locus sonat de peccato mortali, ne nempe ille, qui tantæ doctrinam de Christo, violaret aliquod mandatum mortaliter, cum

mortale peccatum

peccatum mortale excludat ~~a cons~~ penitus a constitutione regni celestis, non autem peccatum veniale, cum peccatum veniale, licet impediat consequi regnum celorum, non tamen excludit a ~~regno~~ constitutione regni celorum, cum homo remisso sibi peccato veniali et reatu pœne temporalis, quem reatum soluit peccatum veniale tantummodo causat, possit introire in regnum celorum: ergo Christus Dominus hanc doctrinam dedit ad evitandam transgressionem talem mandatorum, quæ transgressio sola et sua malitia privat consecutione vitæ. = Deo inquam, etiam si iste locus intelligendus esset de quolibet peccato, ad hue inde non sequeretur, peccatum veniale esse contra præceptum, cum ille, qui venialiter peccat, nequeat in gratiam, donec peccati venialis et quoad culpam et quoad pœnam remissionem obtinuerit, sed hoc est et peccato contra præceptum, cum actus humani moraliter mali, qualitercunque illi sint, sint saltem contra legem Dei æternam: ergo peccatum veniale, quod est actus humanus moraliter malus, est contra præceptum.

Sed hoc non obstante, quod dicam peccatum veniale ~~es~~ absolute et simpliciter consideratum esse contra præceptum, minime vero proper præceptum, concederem tamen etiam per sum, cum D. Thoma loc. citato art. 1. ad 1. peccatum veniale dici posse præter legem recte finis legis, qui est charitas, et hoc plenitudo legis, juxta illud 1. ad Timotheum 1. et ad Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio, quæ dilectio seu charitas dicitur finis legis, quatenus omnia præcepta eo tendunt, ut Deum ex toto corde diligamus et proximum sicut nos ipsos: ergo in hoc sensu peccatum veniale dicitur præter legem, quod non sit proprie contra finem legis, ~~rem~~ quæ est charitas, seu quod hominem privet charitate, quæ dicitur finis et plenitudo legis. Hinc

Colligo differentiam interim aliquam inter peccatum mortale et veniale, quæ est hæc, nempe quod veniale non privet gratia et charitate, qua vivis Deo vere displiceat, et proprie sit peccatum et contra legem, peccatum vero mortale quod privet hominem charitate, separet ab amicitia Dei, et divinam gratiam sanctificantem auferat.

Quæstio II.

De divisione et differentia peccati venialis a mortali.

Articulus I.

Quotuplex sit peccatum veniale?

Est data peccati venialis definitionem quoad nominis etymologiam in art. 2. in quæst. 1. et art. 3. in quæst. 5. et post datam ejusdem etiam definitionem quoad substantiam in q. 1. art. 3. in dictato IV, superest modo, de ejusdem divisione tractemus. Sit

Quæst. 1. Quotuplex sit peccatum veniale?

Respondeo Peccati venialis est genus triplex. 1mo veniale est genere huc: 2do veniale est ex imperfectione actus nempe deliberationis et advertentiæ. 3tio veniale est ex parvitate materiæ, de qua loquimur supra differ. 2. q. 2. art. 3. Notabis 4.

Ratio 1mi est probativa sufficiens

Ratio I^mi est probativa sumpse huius, quod peccatum aliud sit ex genere suo veniale: quia peccatum dabur de facto tale, quod ex sua natura et ex obiecto circa quod versatur, est tantummodo leve et exiguum, quale est vg verbum otiosum, aut mendacium iocosum quod ex se et sua natura et fine et obiecto et materia semper est leve et exiguum, nisi eidem nova species mortalis addatur, quo species addueretur mortalis, si vg mendacium iocosum, verbum otiosum referretur ad finem mortalem, aut si ipse esset grave scandalum; sed hoc peccatum hoc modo leve et exiguum est peccatum ex genere suo veniale: ergo peccatum est et dabur, quod est ex genere suo veniale. et pari patebit ex infra dicendis peccatum ex genere suo mortale.

Ratio II^di probativa est, sumpse huius quod peccatum etiam ex imperfectione actus si est deliberationis et advertentia sit veniale: ratio in qua probativa est: Quia ad peccatum requiritur, ut sit voluntarium, seu non potest esse voluntarium sine advertentia et deliberatione intellectus, cum voluntas non feratur in incognitum: ergo peccatum, quod alias ex perfectione advertentia esset mortale, et simpliciter de facto ita contingere potest circa peccata etiam ex genere suo mortalia, quod nempe aliquis committat peccatum ex genere suo mortale ~~dag~~ cum imperfectione deliberationis et advertentia, imo etiam et sine illa, quia peccans potest inculpabiliter et oblivione aut ex inconsideratione nihil advertere ad malitiam moralem, quam si cognosceret, fortasse peccatum tale neguaquam committeret: ergo peccatum veniale dabur aliud, quod non est ex genere suo, sed ex imperfectione deliberationis et advertentia est veniale = Alias rationes vide q. 2. art. 3. ad quaes 3. tom^a partis.

Hinc ille, qui pudicum temerarium facit in re gravi, non plene advertens, se temere iudicare, non peccat mortaliter, sed tantum venialiter ex imperfectione actus: item qui subita ira et passione quadam correptus alium percutit, non plene advertens, quid faciat, non peccat mortaliter, sed tantummodo venialiter ex defectu deliberationis et advertentia; cum non sit credibile, Deum velle cum peccatis aeternis aspicere, qui ex imperfecta deliberatione et advertentia aliquid peccaminosum etiam ex genere suo tale facit, cum ad mortale plena et perfecta deliberatio et advertentia requiratur; ut dictum est in Disser 2. q. 2. a. 3. ad quaes 3 in ratione dubit 1^ma partis: ita Vasquez, Navarus, Reginaldus, Clavis Regia et alii communiter.

Ratio III^tii est: sumpse huius quod peccatum veniale aliud sit ex parvitate materia: quia rationi est verosimile, illum graviter peccare, qui ex in levi materia Deum offendit. Tum quia peccatum ratione materia iam gravius iam levius efficitur: tum quia materia est, in qua subinde integra ratio offensa et in puncto reperitur et subinde non integra: ergo peccatum ratione illius materia in qua non integra ratio reperitur, aut ratione cuius peccatum est tantummodo leve, est peccatum ratione materia veniale.

sic ex suimpiens

Sic vg suem pienq; 10 asser divit, cum 10 asses respectu divitis pauperis sui sint parva levis et exigua materia, peccat per se loquendo tantum modo venialiter ratione paritatis materiæ. Item ille, qui de alterius fama in re parvi momenti detrahit, venialiter tantum modo peccat. Cum peccator ob paritatem materiæ Deum pariter non offendat, neque proximum suum, neque verisimile est, Deum velle aliquem ob materiam levem eternas gehennæ incendio subjacere. Ita Valentia, Navarrus, Reginaldus, Clavis Regia, et alii communiter.

Sed hic circa materiam peccatorum, cum dubium sit, quæro:

Quæres 6.

An in qualibet materia seu re reperiatur paritas, ratione cujus peccatum, quod alias foret mortale, efficitur ~~mortale~~ veniale? Et quomodo cognoscere possimus, peccatum ratione paritatis materiæ esse tantummodo veniale?

Respondeo ad 1mum: Non in qualibet materia reperiri paritatem, ratione cujus paritatis peccatum efficiatur veniale,

Patet 1a: Quia licet materia secundum se entitative parva reperiri possit, tamen ratione offensæ injurio, finis, veleitatum tantum esse et potest magna, ut si rata integra offensa et injurio in tali parva materia reperitur, aut si finis, ob quem talis materia vetatur præcipitur aut prohibetur, sit gravis, et materia ipsa, licet entitative parva, erit gravis et magna, et similiter ratione circumstantiarum: ergo in qualibet materia seu re ~~nunc~~ non reperitur paritas: et sic in materia furtorio, si quis vendat rem spiritualem licet modicam et parvam entitative, peccat mortaliter, quia quantumvis modica sit, pari sub finem præcepti gravissime prohibentis, nulla res spiritualis pretio temporali æstimetur et vendatur. Similiter etiam in sacramentis, peccat lethaliter ratione finis, quia prætermissio vel unius verbi tantum essentialis, licet parva et exigua sit materia ~~respe~~ entitative respectu peccati constituendi, est tamen hæc ~~ma~~ prætermissio materia gravis et lethalis ratione finis, ~~quem~~ propter quem Sacramenta ex ejus institutione Christi conficienda sunt. Item qui odio habet Deum mortaliter peccat, quia licet actus odii secundum se entitative consideratus sit res parva et exigua et levis, est tamen res gravis ratione finis præcepti, quo obligamur Deum diligere. Item Item lethaliter peccat, qui falsum asserendo juramentum emittit, quia licet hoc juramentum in se sit res levis et parva, est tamen ratione finis res magna et gravis, nam juramentum hoc tribuit Deo mendacium, cum Deus sit in testem falsi advocatur: hinc qui perat in domo sua non reperiri pulices, sciens reperiri, graviter peccati ergo ex his exemplis patet, non in qualibet materia seu re reperiri paritatem, licet entitative sit parva. Item mortaliter peccat, qui aliquem fidei articulum negat, quia licet articulus ipse in se consideratus sit res parva et levis, tamen ratione finis est res magni momenti, qui finis est infinita Dei veracitas, quam Deus nobis medentibus Ecclesiæ credendam proposuit, et sic ipsos articulos etiam: qui ergo negat aliquem articulum, ~~nega~~ negat eo ipso infinitam Dei veracitatem, sed negare infinitam Dei veracitatem, est res et materia magni momenti et gravissimo. ergo negare aliquem articulum, est res ratione hujus finis gravissimo, ~~consequ~~ et sic

vissima, et sic peccatum mortale; consequenter non datur parvitas materia, licet detur in aliqua, ob quam peccatum, alias mortale, efficitur veniale. Ita Suarez Sanchez et alii quos retuli de ~~canonis~~ Sacramentis, de Simonia, de juramento, ubi pluros casus particulares et alios retuli et explicavi.

Respondeo ad II: Dicendum, ut cognoscamus peccatum ratione parvitatis materia esse veniale, quid assignari potest

Regula haec, nempe, quando res seu materia, qua praecipitur vel prohibetur, est parva et exigua non solum secundum se seu entitative, sed etiam per ordinem ad finem, vel circumstantias, propter quas talis res praecipitur, aut prohibetur; tunc peccatum est solum veniale: quando vero res seu materia, qua praecipitur vel prohibetur, est in se quidem parva, sed interim ratione finis vel circumstantiarum est gravis et magni momenti; tunc peccatum mortale est, quia materia gravis et magna sic effecta est. Ita Doctores statim citandi. Hinc

Sequitur Imo: Dicendum non peccare mortaliter, qui, postquam Superior prohibuit molestum verbositati, profert illud. Dato est: quid verbum otiosum petiamsi a Praelato prohibeatur in virtute sanctae obedientiae, aut etiamsi prohibeatur cum intentione illud prohibendi sub mortali: si remanet adhuc et est materia levis, quo verbum otiosum non modo secundum se, sed etiam ratione finis et circumstantiarum consideratum sit et remaneat materia levis, nec gravis efficitur ob Superioris voluntatem: Et oppositum autem deferre biretum linearum publice, secundum se vid. esse materia levis etiam posito praecepto simpliciter vetante delationem birreti linei; nihilominus per ordinem ad finem efficitur materia gravis, ut si Praelatus ob decentiam Ecclesiasticam veletiam ob aliam justam rationem illius birreti delationem prohibeat sub poena excommunicationis vel gravis suspensionis, in hoc casu delatio birreti ~~erit~~ erit materia gravis et letalis: ergo patet quod ratione parvitatis materiae peccatum veniale et mortale cognoscendum est. Sic etiam constat et dicta de censuris cum Sayro et aliis, ut tradit Suarez.

Sequitur IIdo: Dicendum, qui tertiam partem unius parvae horae in divino officio omittit, non peccare mortaliter: quia ad est parvitas materiae sic loquuntur fere communiter Doctores, quos retuli de ~~canonis~~ Horis Canonicis contra Navarrum, et alios. Imo Basius asserit, et citat nostrum Gonacianum, Lessium, probabile esse, unam horam dicere post se materiam gravem et notabilem, non vero tertiam aut etiam medietatem unius horae parvae vg tertia vel sexta, de, quia media, aut tertia pars unius horae secundum se considerata est modica et levis materia, et consequenter non sufficiens ad peccatum mortale. Imo Marchius arbitratur, omissionem unius integrae horae non esse peccatum letale: Rationem dat, quia singulis diebus unicum tantum modo urget praeceptum; porro omissio unius integrae horae est pars parva respectu totius divini officii: ergo omissio unius horae non est peccatum mortale. Quamvis Suarez, Reginaldus, Rodriguez Filliucius putent, medietatem unius horae parvae, ~~non~~ esse notabilem

notabilem

notabilem, non vero tertiam partem unius horæ. Dubio conuenit: quia quantitas notabilis non solum pensando est secundum id, cuius est pars, sed etiam secundum se. Imo Azorius, Navarrus, Italii existimant omissionem tertiæ partis unius horæ esse peccatum mortale, quia tertia pars est videtur pars notabilis respectu totius unius horæ, cuius est talis pars. Sed in praxi teneamus inferiora nos cum Bonacina doctrinam primo loco positam.

Objicies: Parvitas materiæ, quæ a mortali excusat, est attendenda non secundum se et absolute, sed per ordinem ad quantitatem præceptam aut ad finem; sed tertia pars unius horæ, licet parva secundum se, videtur esse magna respectu totius horæ: ergo omittens tertiam partem unius horæ: ergo tertiam partem unius horæ omittens peccat mortaliter.

Respondeo: dist: Majo. Parvitas materiæ, quæ etc, est attenda etc, et ita aliquando conc. Majo et alias semper nego Majo: concessa minore nego antecedens. Etenim gravitas et parvitas materiæ non sumpter attendi tur solum per ordinem ad reliquam quantitatem præceptam, sed aliquando etiam attendi tur secundum se; et sic vg si detur casus aliquis, in quo materia per ordinem ad totam quantitatem præceptam est magna, simpliciter vero et secundum se sit exigua et parva, non censebitur sufficiens ad peccatum mortale præcisa alia circumstantia, ut constat ex exemplo allato in 2.° quitur, ubi dicimus eum, qui tertiam partem unius parvæ horæ ut sexta prætermisit, non peccare mortaliter, quia materia simpliciter et secundum se est parva, quamvis per ordinem ad totam horam magna censeatur. Alias enim, si materia secundum se spectata parva, et magna per ordinem ad reliquam quantitatem præceptam eo fit materia sufficiens ad peccatum mortale in hoc nostro casu, tunc etiam tertia pars tertiæ partis unius parvæ horæ, quia pars tertia etiam simpliciter secundum se parva, et magna respectu tertiæ partis unius horæ dici potest, et sic sufficiens ad peccatum mortale, et sic ille mortaliter peccaret, qui tertiam partem tertiæ partis unius parvæ horæ omitteret; at hoc falsum est, cum tertia pars tertiæ partis unius horæ omissa sit ita simpliciter exigua, ut judicio viri prudentis negligatur sufficiens censeatur ad peccatum mortale: ergo etiam tertia pars unius horæ, licet magna sit per ordinem ad totam quantitatem præceptam, cum tamen secundum se considerata sit materia tantum modo parva, non est sufficiens ad peccatum mortale, et consequenter qui tertiam tantummodo partem prætermittit unius horæ non peccat mortaliter. Et opposito bene, si detur casus, ut aliqua materia quantitas parvalis sit exigua respectu totius præceptæ, sit autem simpliciter sit magna, notabilis, et gravis, sic semper talis materia judicabitur sufficiens ad peccatum mortale: tertia est quia circa materiam per se magnam nihil ad sit dubii rationabilis, an sit sufficiens vel non sufficiens ad constituendum peccatum mortale, cum materia primario per se desideretur magna et notabilis ad peccatum mortale, secundario vero si hæc non adsit, desideratur magna ratione finis seu objecti rationis circumstantiarum: unde si materia est magna aut in

se simpliciter, aut

se simpliciter, aut ratione finis seu obiecti, aut ratione circumstantiarum, ~~semper est sufficiens ad peccatum~~, aut plane omni hac accurata inspectione nempe, et secundum se, et ratione finis et circumstantiarum sit magna, semper est sufficiens ad peccatum mortale. = Sic bg Vespere, quia de Sancto Epiphanio: Ambrosianum: Relaxanter, licet respecta divini officii sint pars modica et exigua, tamen secundum se considerata consentitur se esse quantitas materia sufficiens ad peccatum mortale, quia secundum se videntur esse materia magna et gravis, consequenter et sufficiens ad peccatum mortale. Item spatium unius horae licet respective dicatur videatur esse pars modica, tamen secundum se simpliciter et absolute considerata videtur esse materia sufficiens ad peccatum mortale in seriliter operante in die festo, ut docimus in 3 Decalogi precepto contra Suarez. Item ob id etiam faciens votum erogandi eleemosynas mille aureorum si deficiat in erogandis 10 aureis, mortaliter peccat: ratio est: quia 10 aurei, licet respective mille aureorum, sint materia parva et exigua tamen in se simpliciter considerati sunt materia magna et notabilis, et consequenter sufficiens ad peccatum mortale. Ita Suarez et alii.

Instabis. Qui scripsit asserum pauperi, vel actum sartoni magnum de maerorem vel damnum recipienti, graviter peccat; sed assis et actus sunt materia absolute et simpliciter exigua et parva: ergo non videtur esse dicendum, materiam aliquando ita esse exiguam et parvam, ut sit insufficiens ad peccatum mortale. Respondeo Dist: Maj. Qui scripsit asserum pauperi etc, grabiter peccat ratione iniuriae, iniustae damnificationis, vel ratione tristitiae concedo Maj. graviter peccat ratione exiguae quantitatis materiae praecise nego Maj. concessa min. Dist: consequ. ergo non est dicendum, etc, ut sit insufficiens ad peccatum mortale ratione finis gravis aut circumstantiarum gravium considerata concedo consequ. ut ~~sit~~ non est dicendum, etc ut sit insufficiens ad peccatum mortale, ratione sui absolute considerata nego consequ: Etenim qui ita scripsit, graviter peccat non ratione parvitatis materiae praecise, sed ratione iniuriae, iniustae damnificationis vel tristitiae; et hoc nos non negamus, imo hoc ipsum diximus, dum superius ad quaes 6. in respon: ad 1mum rationibus adfeximus; dari materiam ita exiguam, ut non sit sufficiens ad mortale, praecisa alia circumstantia.

Articulus II.

Quid sit peccatum mortale ex genere suo? Et quomodo illud dignoscere possimus a peccato veniali ex genere suo?

Per ea quae diximus in articulo praecedenti de peccato veniali in triplici acceptione, superest in praesenti agamus de peccato mortali ex genere suo, nec non de modo dignoscendi illud a peccato veniali ex genere suo. Sit itaque

Quaes 7.

Quæs. 7. Quid est peccatum mortale ex genere suo?

Respondeo. Peccatum ex genere suo mortale est, quod ex natura sua posita ~~ta~~ tantummodo plena advertentia et deliberatione cum materia sufficiente est tale, absque mutatione alicuius sua speciei. Et talia sunt vg periurium, blasphemia, homicidium, peccata contra castitatem, etc: quæ ex genere suo semper sunt mortalia posita plena advertentia deliberatione et consensu voluntatis.

Patet est definitionis: Quia ad peccatum mortale hæc 4 requiruntur, nempe perfecta ~~advertentia~~ et plena advertentia et perfectus et plenus voluntatis consensus, et gravis notabilis quo ~~f~~modo jam explicato supra ad Quæs 6. art. præced. et in dissert: 2. q. 1. in Notabilis art 3. in Quæs 3. / materia: ergo his omnibus simul præsentibus requisitis in actu peccatum erit mortale. Singulorum vero horum requisitorum rationes vide in locis sibi citatis.

Item quia peccatum ex genere suo mortale et de se tale, quo libet horum rediitur veniale. Do aut 3tio modo explicatum in præcedenti articulo / et sic furtum quinque assium / quod posito sufficiente materia et non mutata specie furti est ex genere suo mortale, erit veniale ratione parvitatis materiæ, si stem pian tur divitiæ, quia ~~sa~~ se respectu divitiarum sunt res aliquo non continuo rationem integrandi et imperii: ergo peccatum ~~mortale~~ ex his omnibus requisitis positum est ex genere suo mortale.

Item quia Scriptura, Patres, Legislatores permultis peccatis pœnas gravissimas ~~in~~ inevitabiles minantur, ut privationem gratiæ vitæ, ~~coercitionem~~ regni cælorum, constitutionem mortis et pœnarum æternarum, ut ad Dam: 1. ad Galat. 4. ut non talia patrent peccata, ad id opus habent advertentia plena cognitione deliberatione consensu / talia enim peccata ratione materiæ modis jam supra explicatis ad Quæs 6 supponuntur gravia: / quia homines imperfectio alias avocata a peccatorum talium / ~~ergo~~ ut vg si patrentur ab eo, qui usum rationis non habet sanum, aut amens ~~sunt~~ seu mente captus: ergo peccatum / posita plena advertentia / deliberatione / plenoque consensu / et materia gravi notabili sufficiente ad mortale, erit ex genere suo mortale.

Quæs. 8. Quomodo dignoscere possimus peccatum ex genere suo mortale a peccato ex genere suo veniali?

Respondeo Dignoscere peccatum ex genere mortale a peccato ex genere suo veniali possumus 5 modis:

1mo Et modo loquendi Scripturæ prohibentis peccatum. 2do Et communi sensu Doctorum, et ex Ecclesiæ traditione. 3tio Ex gravitate materiæ præceptæ. 4to Et intentione Legislatoris.

5to Et oppositione peccati

5to Ex oppositione peccati ad charitatem.

Ratio I mi est: Nempe huius, quod ex modo loquendi Scripturae dignoscere possimus peccatum ex genere suo mortale a peccato ex genere suo veniali: **Ratio** huius est, quia Scriptura reconsolit quod eam peccata, inferre mortem, digna morte esse, privare gloria, excludere a beatitudine et Regno celorum, et talia etiam, per sic ad Rom. 1. Qui talia agunt, digni sunt morte. et ad Galatas 4. Quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur. et Levitici 24. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. et multis in locis etiam Scriptura talia peccata prohibet fieri; sed peccatum veniale non infert mortem, non privat gratia et gloria, non excludit a Regno celorum: ergo talia peccata ex sensu Scripturae sic illa recensentis et prohibentis non venialia sed mortalia ex genere suo sunt. consequenter et modo loquendi Scripturae dignoscere possumus, quod peccatum ex genere suo est mortale et quod ex genere veniale.

Ratio II di est: nempe huius, quod ex communi consensu seu sententia Doctorum et ex Ecclesia traditione dignoscere possimus peccatum ex genere suo mortale a peccato ex genere suo veniali: **Ratio** inquam huius est: Quia ipsi Ecclesiae et eiusdem Doctoribus fides prestanda est: ergo pure optime sequitur, illa habenda esse peccata tamquam mortalia aut venialia, quae communi consensu Doctorum et Ecclesia traditione mortalia aut venialia dijudicantur; consequenter hinc mortalia a venialibus ex genere suo dignoscere possumus.

Ratio III tii est: nempe huius: quod ex gravitate materiae praecepto dignoscere possimus mortale ex genere suo a veniali ex genere suo: **Ratio** inquam est: Quia praecepta non obligant sub mortali in materia levi, ut constat ex tractatu de legibus: ergo ex gravitate materiae dignoscere possumus peccatum ex genere suo mortale a peccato ex genere suo veniali. de qua gravitate satis fuse locuti sumus in dist. 2. q. 2. art. 3. nota 4. ad quaes. 2. in rationibus probabilis tertiae partis ibidem. tum ex quibusdam alijs punctis ex dictis supra art. praecedenti.

Ratio IV ti est: nempe huius: quod ex intentione Legislatoris dignoscere possimus peccatum ex genere suo mortale a peccato ex genere suo veniali: **Ratio** inquam huius est: **Ratio** inquam huius est: quia praecepta vim et obligationem habent a mente Legislatoris. Qui in materia gravi potest obligare sub mortali aut veniali: sunt quia in Tractatu de legibus diximus, mentem et intentionem Legislatoris colligendam esse ex verbis et materia ipsius legis, ubi etiam resolvimus, an Legislator in materia levi obligare possit sub mortali: ergo ex mente et intentione Legislatoris dignoscere possumus peccatum mortale a veniali ex genere suo.

Ratio V ti est: nempe quod ex oppositione peccati ad charitatem dignoscere possimus peccatum ex genere suo mortale a peccato ex genere suo veniali. **Ratio** huius inquam est, quia peccatum sit charitati dei, et proxi-

=simi valde repugnat, judicatur esse ex genere suo mortale; quod vero ex=
=natis Dei et proximi leviter repugnat et derogatur, judicatur esse ex genere
suo veniale; sicque ideo ita, quia gravitas oppositionis pensanda est
ex objecto, circumstantiis, et qualitate materiali: ergo ex oppositione, quae
peccatum habet ad virtutem, colligere et proponere aut peccatum mortale
aut veniale ex genere suo, sicut utrumque ab invicem dignoscere. Ita Vale=
=tia, Anglès, Flavius Regia, Azorius, Becanus, Sanchez, Reginaldus, alii
communiter. = Hinc 1mo peccatum odii, blasphemiae, luxuriae, et
homicidii est peccatum ex genere suo mortale, quia ratione oppositionis ad
charitatem haec peccata laedunt Deum aut proximum graviter. = 2do ac=
=tum, quo quis sibi malum grave imprecatur, esse mortaliter peccami=
=nosum, quia graviter laedit propriam charitatem. = 3tio cum, qui im=
=moderato risu vel somno desinit, venialiter tantum modo peccare
si per se loquendo: si quia nihil facit, quod charitatem de se vel pro=
=mi graviter laedat. Ita Doctores citati.

Et dictis occasio nobis data est quaerendi de differentia seu discri=
=mine inter peccatum mortale et veniale ex genere suo. Sit elegue

Articulus III.

Quomodo peccatum veniale differt a Mortali?

Nota Peccatum veniale, comparative ad Mortale, consi=
=derari potest vel quatenus est veniale ex genere suo vel quatenus est
veniale ex defectu illorum, quae requiruntur ad mortale, de qui=
=bus locuti sumus dissert: 2. q. 2. art. 3. per totum. et quorum requisito=
=rum defectu, distinximus supra quaestione 2. art. 1. 2. quaest. 6. et mortale est
veniale: hinc quaerendo differentiam inter peccatum veniale
ex genere suo et mortale, et iterum inter peccatum veniale ex
defectu requisitorum ad mortale et inter ipsum mortale, facile
differentiam invenies, intelligendo bene distinctiones datum
peccatum, cum distingui et differre in hac materia peccatorum
sit idem; ~~porro~~ porro de distinctionibus peccatorum sat
~~capi~~ fusam doctrinam habes in prima tractata: ergo
illam intelligendo, sat recte dare differentiam peccatorum
facile scies. Item attendenda est etiam doctrina supra
Dissert. 2. q. 2. art. 2. ad quaest. 3 tradita de requisitis ad mortale,
et quorum aliquo defectu est peccatum tantum veniale: item
doctrina attendenda est in prima de causis efficientibus peccatorum,
habitibus et causantibus, item de effectibus de subjecto, de fine
seu objecto peccatorum de circumstantiis peccatorum, de quibus habi
in dissertatione de sacramento Poenitentiae: hinc facile etiam
dabis quaenam modum distinctionum illarum etiam differentiam
inter peccatum mortale, et veniale; praecipue tamen
ratione effectus, et ratione finis, quia objectum seu objectivus
differt, et ratione circumstantiarum. Hinc sit

Quaero I. Duobus rationibus

Quares. 1. Quibus Rationibus peccatum ve-
niale differt a peccato mortali?

Respondeo Et multis Rationibus Ima praecipue et
communissima differt ratione effectus, et obiecti seu
finis obiectivi. IIdo differt ratione circumstantiarum,
ratione requisitorum ad mortale, 3. ratione praecepti graviter
aut leviter obligantis. 4. ratione mentis seu intentionis Legis-
latoris sub mortali aut veniali obligantis, 5to ratione oppositionis
ad virtutem aut debitam rectitudinem actus. 6. ratione natura.
7. ratione malitiae. 8. ratione offensa iniuria et damni,
tristitia, 9. ratione causarum efficientium et excusan-
tium. 10. ratione ipsius subiecti. 11 ratione scientia. 12. rati-
one scandali, 13 ratione contemptus, 14. ratione periculi,
15 ratione dubii, 16 ratione conscientiae erroneae, dubiae.
17. ratione conditionis personae peccantis, vel alterius, in quam
peccatur, 18aut quadam peccatur, 19 ratione scrupula seu con-
one concupiscentiae, dispositionis, passionis, habitus ipsius pe-
actus seu operis exhibitive non metaphysice seu moraliter considerati.

Ima Quod peccatum veniale a mortali differat
ratione effectus

Patet est: Quia peccatum mortale animae imprimit
maculam incompatibilem cum gratia habituali in eam
animam, et sit animam privat gratia et charitate habituali
quae est nitor et pulchritudo animae formaliter, quae usque
macula peccati mortalis non inquinatur, 2do peccatum
mortale animae mortem et reatum poenae aeternae infert, a
consecutione regni coelorum excludit, ut patet ex dictis supra
in resolutione 4ti ad quares 3. et in rationibus ad quares 5. quod
peccatum veniale haec non efficit, quamvis enim macu-
lam etiam animae imprimat, sed hanc compatibilem cum
gratia et charitate habituali animae propriae dictam imprimit, ut supra
ra dictimus q. 1. art. 3. de peccato 3. et sic gratiam non excludit,
neque mortem animae et reatum poenae aeternae infert, quam-
vis eidem reatum poenae temporalis inferat, et ad mortem
disponat juxta illud Ecclesiastici 19. Qui spernit mo-
dica, paulatim decidet: ergo peccatum mortale ve-
niale sive sit de genere suo, sive ratione alia veniale sem-
per differt a mortali ratione effectus

2do Quod peccatum

2do Quod Veniale a Mortali differat ratione
finis, objecti, et Speciei,
aut ratione gradus in his.

Nota I.mo Petrus Sue doctrinas et Tractatu de Actibus humanis de fine, de objecto, et de specie
et doctrinas de actionibus humanis et fine
et objecto et de specie

Nota II.do Finum hic considerari posse vel in ratione objecti quatenus est objectum actionis humanæ terminativum, ubi sic ista finis dicitur actui humano interno intrinseco, quia ab eo actus internus suam speciem formaliter habet, et per ipsam speciem finis objectivi species actus interni formaliter constituitur; sic ut dictum est in Tractatu de Actibus humanis, vel quamvis actus exterior suam speciem sumat ab objecto. Item Finem considerari posse in ratione circumstantiæ, quatenus finis est circumstantia respectu actus exterioris, sic v.g. furando furatur, ut fornicetur, sic fur furatur, sit ad circumstantiam actionis furtivæ, cuius finis, ob quem fornicatio est circumstantia actionis furtivæ, cuius finis, ob quem fur furatur, sit ad circumstantiam cui pertinens. Item Finum considerari posse in ratione causæ finalis, quatenus finis est causa finalis, cuius gratia aliquis fit, ea nam abentia aquæ sitim agatur. Hinc ratione harum doctrinarum facile dabitur discrimen inter peccatum veniale et mortale.

Nota III Objectum hic non sumi pro omni eo, quod voluntati obijcitur, sic enim objectum comprehenderet etiam finem et circumstantias, cum et finis et circumstantia voluntati obijci possit: sed objectum hic stricte sumitur pro omni eo, quod aut persona, quæ primo et per se ab actu humano attingitur, et sic habet in sensu reali aliena est objectum actus furti, Deus est objectum actus charitatis, proximus est objectum actus homicidii, actus dilectionis, odii, blasphemiæ etc. Porro objectum hoc, a quo hic sumimus differentiam peccati venialis a mortali, hic sumitur in esse morali, quod habet ex attingitur modo recto rationi consentaneo vel dissentaneo, et a quo actus humanus sic spectato sumit suam speciem boni aut mali. Hinc etiam facile dabitur discrimen inter veniale et mortale peccatum.

Nota IV. Speciem actuum humanorum duplicem esse, nempe substantialem seu essentialem, primævam, invariabilem, quæ ab objecto immediato sumitur, ut si quis occidat hominem ut eum occidat, sic occisio sumit suam speciem essentialem ab homicidio occiso, qui est occasionis objectum primarium et immediatum. 2da vero speciem

Dam vero speciem esse Accidentariam, variabilem, secundariam, quia ab objecta secundario sumitur vg depredatio hominis occisi habet istam speciem accidentariam, quia occisio hominis ordinatur ad illam. His praenotatis

Ratio probativa Assertionis partis est: nempe hujus quod peccatum veniale a mortali differat ratione finis. Quia peccator mortaliter peccans, si sumamus finem objective et pro causa finali: se avertit a Deo, et finem suum ultimum saltem virtualiter et interpretative constituit in creatura, et sic eam Deo praefert: peccans vero peccator venialiter, licet peccando avertatur a Deo et convertatur ad creaturam, tamen in ea suum ultimum finem nequidem virtualiter et interpretative ponit, quia ipse convertitur a Deo ad creaturam ex defectu scientiae intelligentiae et advertentiae, et interim habitualiter ita dispositus est, quod si sciret hoc peccatum esse, et intelligeret, et advertet, certe se a Deo non converteret ad creaturam, aut conversus ad illam ex tali similitudine humana, certe eam deseret, unde iste peccator venialiter peccans plus Deum semper appetitive diligit quam creaturam: ergo peccatum veniale ratione finis differt a mortali.

Ratio 2da partis 3tia et 4ta: nempe quod peccatum ratione finis objective sumpti, aut ratione objecti, ratione speciei, aut solum ratione gradus differant: Patet hominum est. Quia si peccatum veniale et mortale habent objecta et finis objective sumptos specie diversos, etiam ipsa peccata erunt specie diversa, et sic specie different, id quod ideo, quia actus humani suam moralitatem speciei diversam desumunt ab objectis suis specie diversis, quae attingunt primario, desumunt etiam a fine specie diverso objective spectato suam speciem, quia finis sic consideratus imbuit rationem objecti, et sicut objectum de sua natura habet specificare actus specie diversos, sicut ipsum est a bonitate objecto specie diversum, ita finis objective sumptus non quia finis simpliciter et absolute in se, sed quia objecti rationem habens, specificat etiam actus humanos; sed peccatum veniale et peccatum mortale sunt actus humani: ergo peccatum veniale et mortale ratione finis objective spectatorum specie diversorum et objectorum specie diversorum, et ratione specierum adinvicem specie diversarum, specie differunt.

Si vero peccatum veniale et mortale habent finem specie unum, aut objectum specie unum, aut speciem suam, etiam ipsum peccatum veniale et mortale erunt specie unum, et sic specie non differerent, sed solum intra hanc eandem numero unam speciem erunt diversa gradu aliter, id est

aliter, id est secundum magis et minus, et sic etiam differunt; ~~ut diversitas solum modo~~ sic vg si quis 5. asses furetur dividi, alter vero furetur 100 aureos, uterque unum specie peccatum committit, sed gradualiter in quantitate materie diversum, porro actio furtiva 5 assium dividi censetur pro peccato veniali ratione paritatis materie, actio vero furtiva 100 aureorum dividi censetur ratione gravitatis materie mortale, et diversitas gradualis ~~materiae~~ variat speciem actuum humanorum specifice non variat nisi tantum gradualiter id est secundum magis et minus: ergo si peccatum veniale et mortale considerentur, ~~ut~~ quatenus habent unum specie finem obiectivum, aut unum specie obiectum, aut ~~ut~~ quatenus habent unam numerum speciem, sic ab invicem specie non differunt sed solum gradualiter id est secundum magis et minus.

IIdo Quod peccatum veniale et Mortale differant 2do Ratione Circumstantiarum.

Nota circumstantias quas hic necesse est attendere: salias esse minuentes alias aggravantes seu augentes malitiam peccati intra eandem speciem ~~peccati~~ malitie peccati, alias esse mutantes seu infinite aggravantes speciem malitie peccati; et de his circumstantiis vide doctrinam infra et de ~~sac~~ sacramento Penitentie.

Ratio conclusionis probativa est: Quia peccatum veniale ~~his prenotatis~~ aliquas si quas habet circumstantias pertinentes ad speciem malitie, sunt illa paucas aut levissime variantes speciem malitie aut minuentes speciem malitie: peccatum vero mortale habet circumstantias aut ~~ad~~ graviter augentes seu aggravantes eandem speciem malitie, aut plane mutantes speciem malitie, ut vg furtum commissum in loco sacro 100 aureorum ~~et~~ habet circumstantiam loci ubi, qua circumstantia habet novam speciem malitiam et deformitatem distinctam specie a malitia furti patrati in loco Profano, quas circumstantias mutantes concilium Tridentinum precipit necessario confitendas in sacramentali confessione, ut videre est in Disertat. de sacramento Penitentie: ~~se~~ circumstantie leviter tantum variantes aut speciem malitie peccati, aut illam minuentes differunt a circumstantiis graviter augentibus aut mutantibus speciem peccati: ergo peccatum veniale et Mortale differunt ratione Circumstantiarum.

Tum quia peccatum

Tum quia peccatum veniale, quod tale est etiam spectatis suis circumstantiis, est semper materia tantum sufficiens et non necessaria Sacramentalis Confessionis; peccatum vero mortale etsi non per se semper, quatenus aliquando ratus culpæ apportat se simpliciter actus levis et exiguus, tamen ratione circumstantiarum graviter et notabiliter aggravantium malitiam, aut plane speciem malitiæ mutantium est semper materia necessaria Sacramentalis Confessionis; quod licet per se apparet levis et exiguus ratus culpæ, ita men consideratus ratione circumstantiarum efficitur gravis et notabilis, et sic sufficiens ad mortale; peccatum vero veniale non modo in se sed etiam in suis circumstantiis est levis et exiguus, et sic insufficiens ad mortale: ergo peccatum veniale et mortale ratione circumstantiarum differunt.

Tum quia peccata ratione circumstantiarum varia scandala patiunt jam levia jam gravia; porro peccatum veniale, si quod parit scandalum ratione circumstantiarum, non nisi leve illud et exiguum, sicut ex genere suo veniale, quamvis etiam si est veniale tantum ex defectu aliquo ut ex defectu advertentiæ, possit ratione materiæ, possit parere ratione circumstantiæ affidentis gravem etiam scandalum, sicut et peccatum ex genere suo mortale parit: interim loquendo de peccato ex genere suo veniali, cum illud habeat leves in se circumstantias, nullum grave scandalum parere potest vi sua activa; peccatum vero mortale, cum sit in gravibus circumstantiis, non nisi grave parere potest scandalum: ergo peccatum veniale, et genere suo quod tale est, differt a mortali ratione circumstantiarum. Hæc ratio non adeo est secura probativa in omni peccato veniali et mortali, ac ego quia potius prætermittenda.

Tum quia peccatum, quod alias ex circumstantiis suis promissis omnibus aggravantibus est mortale, ut et plenitudine et perfectione advertentiæ deliberationis, et gravitate materiæ; hæc enim spectant ad circumstantiam quomodo nempe modus deliberationis et advertentiæ, sicut et materia quoad quantitatem suam et qualitatem spectat ad circumstantiam quid: quia igitur veniale est defectu modi perfecti in advertendo et cognoscendo et deliberando et intelligendo, modus enim perfectus et imperfectus cognoscendi, advertendi, deliberandi, intelligendi spectat ad circumstantiam quomodo; porro circumstantiæ ab invicem differunt, etenim supponunt et significant diversimode, et sic etiam actus humana diversimode afficiunt: ergo peccatum veniale et mortale

veniale et mortale ratione Circumstantiarum aeque differunt.

Item quia peccatum quod alias in se consideratum est veniale, efficitur mortale ratione circumstantiarum ~~quae~~ quibus res aliqua praecipitur, et sic simul ~~cum~~ circumstantia, quibus res ipsa praecipitur affectuantur graves et sufficientes ad mortale; sic vg frequens comestio a sano homine intra diem cum aliquo levi excessu contra virtutem temperantiae est peccatum veniale, quia interim comestio frequens ab eodem sano homine intra illam diem, cui adjuncta est circumstantia temporis ad jejunandum quando ex praecepto, erit sufficiens ad mortale peccatum, et hinc si homo iste hac die scienter comedit frequenter etiam cum levi excessu peccat mortaliter, ratio est, quia haec frequens comestio cum levi excessu contra virtutem temperantiae efficitur materia gravis et sufficiens ad mortale vi praecepti, et homo ille scienter et volenter transgreditur hoc praeceptum: ergo peccatum veniale ~~intra eandem~~ et mortale inter se differunt ratione circumstantiarum. Cum in hoc casu et peccatum veniale habeat circumstantiam ~~temporis~~ temporis quando ad comedendum ordinate et moderate, et praeceptum pariter circumstantiam temporis specialiter praecipit observandam; ergo vi istius circumstantiae peccatum veniale et mortale debent inter se differre: sed non possunt differre aliter vi ipsius, nisi penes levitatem et gravitatem; ergo cum circumstantia haec possit quia levis et quia gravis considerari hoc in casu aut simili: ergo peccatum veniale et mortale ~~in~~ ratione circumstantiarum differunt.

Item vel praecipue et maxime quia circumstantiae aut minuunt aut augent peccatum, sic vg circumstantia cui minus peccatum et veniale esse relinquit si quis furetur divitis, ~~qui~~ hoc enim furtum censetur esse veniale; dum autem peccatum si quis furetur ea ipse pauperi, qui illis opus habuit ad sustentandum, et sic constituit peccatum sufficiens ad mortale: ergo peccatum veniale et mortale ratione circumstantiarum sic inspectarum differunt.

Objicies 1. Plura non possunt differre per rationem communem ~~se~~ circumstantiae sunt peccata venialia et mortalia communes: ergo per illas peccatum veniale et mortale non possunt differre.

Respondeo Distinguo Majo: Plura non possunt differre per rationem communem, graves talis tum metaphysice tum moraliter concedo Majo.

ter contra. Nego. quia est talis metaphysice tantum minime vero moraliter. Nego. Nego. dist. min: sed circumstantia sunt peccato veniali et mortali communes metaphysice ~~vero~~ moraliter. Concedo. rate aliter afficiunt peccatum, quatenus illud relinquunt in esse peccati venialis, et aliter illud afficiunt, quatenus illud aggravando transeunt ad esse peccati mortalis. licet circumstantia talis metaphysice sumpta ratione entis sint eadem, et sic ~~sublate~~ communes peccato veniali et mortali: ergo peccatum veniale et mortale differunt, moraliter loquendo, ratione circumstantiarum. Nego consq.

Objicies II do: Peccata suum esse non habent a circumstantiis, ~~sed~~ potius ergo ratione illarum non differunt. Respondeo. dist. Ant: non habent suum esse principium essentiale et constitutivum a circumstantiis. Concedo Ant. non habent suum esse accidentale a circumstantiis. Nego Ant. et consq. Etenim peccata licet non habeant suum esse substantiale a circumstantiis, eo quod esse substantiale praesupponatur essentiae accidentium, et essentia accidentium exigat praedicari de re in suo esse substantiali constituta, circumstantia vero non sint aliud nisi accidentia respectu essentiae peccati; tamen peccata habent suum esse accidentale a circumstantiis, cum circumstantia, antequam in illis peccatum verificetur, habeant tantam in se aptitudinem metaphysice consideratam, ut possit ipsam in sensu morali afficiant aut ad gravitatem aut levitatem peccati; potest peccatum gravius aut levius, id primario essentialiter exigit per majorem aut minorem oppositionem ad debitam rectitudinem, quia aut magis aut minus privat, cum peccatum essentialiter formaliter definitum sit privatio debitae rectitudinis, quae convenit omni peccato, secundario vero et per accidens peccatum est gravius et levius respectu circumstantiarum, quatenus propter illas aut per se aut aliunde ex praecepto graves effectus accidentaliter respectas suam essentialem oppositionem aut majorem aut minorem dicit ad debitam rectitudinem, quae ei esse debuit actui humano etiam influxu circumstantiarum, cum bonum sit: ut fert axioma: et bona causa, malum vero ex quolibet defectu. Ita quae haec objectio non evincit peccatum veniale et mortale ratione circumstantiarum ab invicem non differre.

Instabis. Atqui peccata

Instabis I°. Aliqui peccata neque suum esse accidentale habent a circumstantiis: ergo manet argumentum. prob. Ant. habuimus. ~~peccata sunt quid spirituale, circumstantia autem quid materiale; sed spirituale quod habet suum esse habere potest accidentale a materiali: ergo neque peccata aliquum esse accidentale habere possunt a circumstantiis.~~ Similiter argumentum erit ~~de reg. mor.~~ ad prob. Quod est spirituale, nullum suum esse habere potest accidentale a materiali; sed peccata sunt quid spirituale, circumstantia vero sunt quid materiale ergo peccata a circumstantiis habere non possunt suum esse accidentale. — Respondeo. nego sub: ad prob. distinguo quod est spirituale independenter a materiali, nullum suum esse habere potest a materiali concedo Maj. quod est spirituale dependenter a materiali, nullum suum esse habere potest accidentale a materiali nego Maj. dist. min. sed peccata sunt quid spirituale dependenter a materiali, concedo nam pendent non modo ~~a causa spirituali quae est homo~~, sed etiam a causa materiali a causa spirituali, quae est homo qua rationalis efficiens; sed etiam pendent a causa materiali, quae est obiectum peccati una cum suis circumstantiis peccati, ratione quarum obiectum et actus peccaminosus variantur, et sic peccata et suum esse substantiale et suum esse accidentale habent, sed utrumque spirituale, quia peccatum ratione circumstantiae non augetur et non minuitur entitative metaphysice cum non sit quid entitativum seu privativum, eo quod debita positiva, per se spirituali rectitudine privet, seu augeatur aut minuitur moraliter quatenus magis aut minus privat debita rectitudine, et sic concedo min. peccata sunt quid spirituale independenter a materiali nego min. et conseq.

Instabis II°. Aliqui peccata sunt spiritualia independenter a materiali: ergo nulla solutio. prob. sub. Peccata habent suum esse permanens independenter a materiali, sed hoc esse est permanens et spirituale: ergo peccata sunt spiritualia independenter a materiali.

Respondeo nego subsum: ad prob: ~~Peccata~~ distinguo. Peccata, quatenus habitus sunt, habent suum esse permanens independenter a materiali concedo Maj. Peccata, quatenus actus sunt, habent esse nego Maj. ~~dist. min. habent esse permanens, quod habent peccata, quatenus habitus sunt et spirituale, concedo min.~~ et nego conseq. Etenim peccata habent suum esse permanens, quatenus

manens, quatenus habitus sunt, cum peccata sic consi-
derata sint macula animæ, in qua manet hæc macula,
donec per pœnitentiam Sacramentum aut in re aut in voto
extinguatur; minime tamen peccata habent suum esse
permanens, quatenus actus sunt, cum peccata quatenus
actus sunt, transeant, et sic simul illorum actuale esse de-
sinit, cum sint actus transitorii, et manet illorum esse
tantum habituale, quod est macula, abillis relicta, quæ
permanet tamdiu donec extinguatur modo dicto. Ergo
licet peccata hoc modo habeant esse permanens spiritua-
le, independenter a circumstantiis, tamen non sequitur
quod etiam suum actuale esse habeant independenter a
circumstantiis, cum esse permanens habituale sit effectus
causæ mere spiritualis nempe peccati in suo esse actuali con-
stituti, quod est in se quid spirituale pure; esse autem actu-
ale peccati sit effectus sese potius defectus causæ efficien-
tis nempe hominis qua rationalis illud committentis, et
causæ materialis voluntatis actum peccati afficientis et
variantis aut minuendo illum aut aggravando illum.
Igitur patet, quomodo peccata sint spiritualia
independenter a materiali.

Instabis III. Atqui peccata quatenus actualia
sunt, seu quatenus actus sunt, habent suum esse
permanens spirituale independenter a materi-
ali: ergo manet pubium. prob. subs: Esse causæ
efficientis influit in effectum, et sic manet; sed
esse peccati actualis influit in esse permanens
peccati habitualis, cum actuale sit causa ef-
fectiva habitualis: ergo esse peccati actualis
est permanens spirituale independenter a materiali,
consequenter peccata quatenus actualia sunt, habent
suum esse permanens independenter a materiali.

Respondeo nego subs. ad prob: dist: maio. Esse virtu-
ale causæ efficientis etre, et sic manet virtualiter concedo maio.
esse actuale causæ efficientis etre, et sic manet actualiter, nego maio.
dist: min: sed esse virtuale peccati actualis etre, concedo min:
sed esse actuale peccati actualis etre nego min. et conseq.
Etenim sicut esse causæ efficientis, quod actuale est, non
influit in esse effectus, eo quod esse effectus, dum pro-
fluit, non sit eiusdem rationis, cuius est esse actuale causæ
efficientis, cum esse causæ actualis plurimas habeat differen-
tias actuales diversas longe a differentiis actualibus effectus,
nam si causa est quantitate molis christuelis gaudens, longe

sic differt

sic differt a quantitate motus et virtutis, et quo in effectu producto est, si secundum esse totale causa efficiens spectetur longe sic differt ab esse totali effectus, et sit esse causa efficientis non nisi quamdam similitudinem seu analogiam habet cum esse effectus tantum et influentia actuali virtutis esse causa efficientis in esse effectus: et ita etiam esse peccati actuale non actualiter seu virtualiter influit in esse eius et sic manet virtualiter; ratio horum est, et quidem primi, quia esse peccati habitualis dici nequit actus seu peccatum actuale, cum non sit transiens sicut actus peccati actualis, sed est permanens ratio 2di est: quia esse peccati habitualis in genere causalitatis pendet ab esse virtuali peccati actualis quod virtualiter participat, et sic in esse permanenti constituitur, cum esse peccati habitualis a potentia esse peccati actualis virtuali producatur non qua actus transitorius sed qua habitus permanens: ergo quomodo esse peccati actualis sit in esse peccati habitualis patet; proinde infert non potest, peccatum, quatenus actus subsit, habere suum esse permanens.

Instabis IV: Atqui esse actuale peccati actualis influit in esse permanens peccati habitualis: ergo nulla solutio.

Prob: subs: esse actuale peccati actualis est privatio debitae rectitudinis; sed etiam esse permanens peccati habitualis est privatio debitae rectitudinis: ergo esse actuale peccati actualis influit in esse permanens peccati habitualis.

Respondeo negosubs: ad prob: dist: Maj: esse actuale ente, est privatio actualis debitae rectitudinis concedo Maj. non peccatum actuale, quod essentialiter et formaliter constituitur per privationem debitae rectitudinis, est privatio actualis debitae rectitudinis: esse actuale ente, est privatio habitualis debitae rectitudinis sit nego Maj. nam esse actuale peccati actualis, cum sit transitorium, non potest dici privatio habitualis manens, non vero quod est transiens. dist: min sed etiam esse permanens peccati habitualis est privatio habitualis debitae rectitudinis, concedo min est privatio actualis debitae rectitudinis, nego min et consq. Quam esse actuale peccati actualis cum sit transitorium, non potest dici privatio habitualis, cum privatio habitualis sit permanenter in esse quod est permanens etiam et non transitorium; porro esse peccati actualis est transitorium, et cum hoc esse cum actu transeat, et desinit esse actuale, cum hoc esse sit actionis, quae

est transitoria

quo est transitoria: ergo esse actuale peccati actualis non est privatio habitualis debitae rectitudinis, bene vero est actualis privatio; proinde inde actualis sentio peccati actualis influentia non potest probari in esse habituale peccati habitualis.

Instabis V. Atqui etiam esse permanens peccati habitualis est privatio debitae actualis rectitudinis: ergo manet lis: prob. sub. Privatio actualis debitae rectitudinis est denigratio et deformatio subjecti; sed etiam esse permanens peccati habitualis est denigratio et deformatio subjecti: ergo esse permanens peccati habitualis est privatio actualis debitae rectitudinis. Respon: nego sub. = ad prob: dist: Nap. Privatio debitae rectitudinis est denigratio et deformatio pariter actualis subjecti concedo Nap. Privatio debitae rectitudinis actualis est denigratio et deformatio habitualis subjecti nego Nap: dist: min. sed etiam esse permanens peccati habitualis est denigratio et deformatio habitualis subjecti concedo min est denigratio et deformatio actualis subjecti nego min et conseq. — Etenim esse permanens peccati habitualis est quidem deformatio et denigratio subjecti, sed hac denigratio et deformatio non est actualis, cum hac peccatum habituale per se non independenter ab alio non denigret et non deformet effective subjectum, cum per se independenter ab alio denigrare et deformare subjectum sit hoc proprium actui peccaminoso, qui effective per se id potest vel magis vel minus, sed hac denigratio et deformatio subjecti per peccatum habituale est habitualis tantum, quatenus peccatum habituale per se dependenter a sua causa nempe a actu peccaminoso per modum habitus et non actus denigrat et deformat subjectum: igitur et hoc capite, quod esse permanens peccati habitualis sit denigratio et deformatio subjecti, peccatum habituale dicit negativ privatio actualis debitae rectitudinis.

Instabis VI. Atqui esse permanens peccati habitualis est actualis denigratio et deformatio subjecti: ergo nulla solutio. prob. sub. Esse permanens peccati habitualis actu denigrat et deformat subjectum: ergo esse permanens peccati habitualis est actualis denigratio et deformatio subjecti. Respondeo nego sub. ad prob: dist: Ant. actu denigrat et deformat subjectum per se effective dependenter a causa sua effectiva nempe dicto peccaminoso seu peccato actuali: concedo Ant. actu denigrat et deformat subjectum per se effective independenter a causa sua effectiva: nego Ant. et conseq.

Etenim peccatum

Etenim peccatum habituale denigrat quidem actu et deformat per se effective subjectum seu dependenter a sua causa nempe a peccato actuali, cujus est effectus, cum peccatum habituale, licet actu denigret et deformet subjectum, non possit magis aut minus denigrare et deformare subjectum, nisi in quantum constituitur a peccato actuali in actu denigrandi et deformandi subjectum: ergo peccatum habituale licet per se effective actu deformet et denigret subjectum, ergo tamen dici nequit esse privatio actualis debiti subjectionis, cum hoc definitio peccati propria sit peccato actuali non vero habituali.

Objicies III: Si peccatum veniale et mortale differret ratione circumstantiarum, tunc vel maxime illarum, quo mutant speciem, seu peccatum veniale et mortale ratione circumstantiarum mutantium speciem non differunt: ergo peccatum veniale et mortale ratione nullarum circumstantiarum objecti differunt. Prob. min. Peccatum veniale et mortale ratione objecti differunt, quod imbuunt talis circumstantia mutantes speciem: ergo peccatum veniale et mortale non differunt ratione ipsarum circumstantiarum mutantium speciem.

Respondeo: concessa Maj. nego min: ad prob: dist. Ant: Peccatum veniale et mortale ratione objecti differunt, quod imbuunt tales circumstantia mutantes speciem, differunt essentialiter, concedo Ant: differunt essentialiter accidentaliter, subdistinguo ratione objecti nego Ant: et consq:

Etenim peccatum veniale et mortale ratione objecti differunt primo ipsa imbuunt si objectum hoc sit specie diversum ab objecto peccati venialis, et mortalis vg auferre rem alienam a objectum actus furti, et auferre rem in loco sacro, est etiam objectum actus furti, porro auferre rem alienam et auferre rem in loco sacro, sunt objecta specie diversa actus furti: ergo ratione objecti specie diversi peccatum veniale et mortale differunt primario essentialiter, minime vero differunt ratione objecti diversarum ratione accidentium hempe circumstantiarum: nam peccata sicut suam speciem malitiae desumunt a speciebus objectorum aut finem objectivorum aut circumstantiarum objectivarum ita ut quod speciem malitiae in uno peccato non sit species malitiae, ita etiam peccata, ut habeat speciem malitiae, quam desumunt a speciebus objectorum, finium et circumstantiarum, habeant majorem aut minorem, hoc non desumunt ab objectis finibus et circumstantiis objective spectatis, seu hoc desumunt a circumstantiis, qua sunt peccatorum accidentia, et hoc est fundamentum differentiae essentialis et accidentalis, quo petitur a circumstantiis: ergo peccata

ratione circumstantiarum

ratione circumstantiarum differunt secundario et per accidens
licet ~~abis~~ ratione eiarum non differant primario et essentialiter.

Obicies IV pro circumstantiis tantum mutantibus speciem:
Peccata confitenda sunt ex precepto Concilii Tridentini monitivo
sub: 14. in materia de confessione cap. 5. sed quoad circumstantias tan-
tum illas, que mutant speciem: ergo peccata vide entur differre
ratione ~~tanto~~ circumstantiarum tantum mutantium speciem.

Resp: concesso Ant: nego consq: Ideo enim, quod Concilium Triden-
tinum moneat, has circumstantias aperiendas esse, non infertur
inde differentia peccatorum ratione aliarum circumstantiarum. Ra-
tio est: quia Concilium monet has circumstantias aperiendas esse
in confessione sacramentali ob speciale earundem de formitatem,
non autem per id docere intendit, aut docet, peccata ab invicem
ratione circumstantiarum aliarum non differre: ergo inde quod
sic precipiat Concilium, non egreditur, peccata ab invicem ratio-
ne circumstantiarum tantum mutantium speciem differre.

Notandum hanc doctrinam ~~ratione~~ de differentia peccatorum
ratione circumstantiarum esse meo marte et studio elaboratam,
quapropter circa eam consulendi sunt alii sententiis et Doc-
toris gloriosi Autores, sed et doctrinas de circumstantiis videre
potes in Tractatu de Actibus humanis, item
infra , et in Dissertatione de Sacramento Peniten-
tiæ.

2do Quod peccatum Veniale et Mortale differant ratione requisitorum.

Nota Requisita ad peccatum sufficiens esse 4, nempe ad-
vertentiam, deliberationem, consensum, et materiam, de his
vide Dissert 2. q. 1. a. 3. per totum, et inde rationes habendo pro
peccato mortali et veniali, facile colliges rationes differentiarum
inter peccatum veniale et mortale. Et hic modus differen-
tiandi inter peccata est præcipuus, et scitu necessarius. Itaque
si in genere suo consideretur, est semper culpa levis et ex qua
veniale consideretur, quatenus illud est tale et defectus requisito-
rum ad mortale, sive et defectus unius requisiti est insufficiens
ad mortale, sicut monet peccatum non esse veniale: sicut satis fuse
diximus supra hac 3 Dissert, q. 2. a. 1 et art. 2. Si peccatum vero morta-
le ponatur in oppositione quod fiat cum omnibus requisitis, nempe et cum
plena perfecta advertentia, pariter tali deliberatione, consensu, et circa
materiam ejusdem aut et fine dicti et circumstantiis gravem: semper est
culpa gravis et ex se seu et sua natura, et et fine, et ex objecto, et
et requisitis ad mortale: ergo peccatum veniale ratione requisi-
torum differt a mortali. Lege in hac materia Dissert. 2. q. 1.
a. 2. per totum, et Disser: 3 præsentem, qui 2 a. 1 et 2. Et sat habebis
cognoscere, quomodo peccata ab invicem differant.

3tio Quod peccatum

3tio Quod peccatum veniale et Mortale differant ratione præcepti seu legis.

Ratio probativa est. Quia obligatio præceptorum seu legum subinde levis subinde gravis est; ~~est~~ sed peccatum veniale est transgressio levis, et peccatum mortale est transgressio gravis: ergo peccatum veniale et mortale ratione præcepti seu legis differunt

Item quia ad cognoscendam qualitatem peccatorum attendenda est voluntas seu intentio Superioris in præceptis seu legibus item, sensus verborum in præceptis, et gravitas materiæ, circa quam præcipit aut prohibet peccatum præceptum; sed intentio Superioris ~~obligans in conscientia obligans~~ non semper potest obligans in conscientia, nec semper obligat in conscientia, nec semper gravitas materiæ apparet, nec sensus verborum semper ostendit gravem obligationem in conscientia; ultimum subinde intentio Superioris obligat sub mortali etsi se in sensu verborum præcepti, aut gravitas materiæ patet: ergo præscientia horum in præceptis etiam peccata differunt ita ut aliud sit veniale aliud mortale.

Item quia præcepta seu leges sunt, quæ continent pœnas graves, sed tam in re gravi tam in re levi; seu leges, quæ continent pœnas gravis in re gravi obligant in conscientia et sub mortali, quæ vero continent pœnas graves seu in re levi, obligant in conscientia tantum sub veniali; ut patet in Tract. de legibus; ~~porro cum~~ cum tales leges de rebus habeant pœnas graves ad terrorem transgressoribus: ergo ratione talium præceptorum seu legum peccatum aliud est veniale aliud mortale, consequenter peccatum veniale et mortale differunt ratione præcepti seu legis.

Item quia probabilius est dicitur, omnem legem humanam pœnalem, sive sit Ecclesiastica sive Civilis, obligare sub mortali aut veniali pro materiæ gravitatem aut levitatem, nisi contrarium constet de mente Legislatoris: ergo peccatum contra talem aliud erit venale aliud mortale, consequenter peccatum veniale et mortale ratione præcepti seu legis differunt.

2do Quod peccatum veniale et Mortale differant ratione ~~ratione præcepti seu legis~~ mentis seu intentionis Legislatoris.

Ratio est: Quia leges habent valorem suum ab intentione Legislatorum; seu Legislatores ferunt leges cum animo obligandi ~~in~~ subditos in conscientia subinde sub mortali expresse, subinde non sub mortali, subinde tantum quoad pœnam solvendam; et leges ultra intentionem Legislatoris non obligant: ergo peccatum quod est contra legem et mentem Legislatoris obligantem sub mortali, est mortale, quod est contra

le, quod est contra legem ex mente Legislatoris obligantem sub veniali, est veniale: ergo peccatum veniale et mortale ratione intentionis Legislatoris differunt.

3to Quod peccatum veniale et mortale differant ratione oppositionis ad virtutem aut debitam rectitudinem.

Patet est. Quia alius actus humanus est, qui leviter tantum opponitur virtuti et rectitudini debitæ juxta rationem, alius vero est, qui omnino ex graviter opponitur virtuti et rectitudini debitæ juxta rationem: ergo actus humanus, qui leviter tantum opponitur, est peccatum veniale, qui autem omnino ex graviter opponitur virtuti, et debitæ rectitudini est peccatum mortale: igitur peccatum veniale et mortale ratione oppositionis ad virtutem et debitam rectitudinem differunt.

Item quia ~~alius actus humanus est~~ peccatum mortale omnino ex opponitur virtuti et debitæ rectitudini, peccatum vero veniale tantummodo aliquomodo opponitur virtuti et debitæ rectitudini: ergo peccatum veniale et mortale differunt ratione oppositionis ad virtutem et debitam rectitudinem. Sit v.g. divagationis mentis alio ~~sub levi~~ sub tempus Sacri in die festo non omnino ex opponuntur auditioni Sacri, cum omnino ex non privant auditione Sacri, seu opponuntur como do auditioni Sacri, quo privant ~~reclamant~~ debita rectitudine auditionem Sacri; sic vero divagationes mentis alio sub tempus Sacri in die festo sunt graves et voluntario ita, ut homo talis nihil advertat se audire Sacro audiendo, et tales divagationes si erant per totum tempus Sacri, tunc tales divagationes privant debita rectitudine totam auditionem Sacri, et sic est, ac si talis homo nec audiret Sacrum; porro primum est peccatum veniale et secundum est peccatum mortale: ergo peccatum veniale et mortale ratione oppositionis ad virtutem et debitam rectitudinem differunt.

6to: Quod peccatum veniale et mortale differant ratione naturæ.

Patet est. Quia essentia seu natura peccati ~~est deficere~~ mortalis est cum perfecta cognitione deliberatione et consensu in materia gravi deficere a debita rectitudine; essentia vero seu natura peccati venialis est leviter deficere a debita rectitudine, aut gravitur sine cum imperfectione deliberationis advertentiæ, aut cum perfectione advertentiæ et deliberationis sed in materia levi: ergo peccatum veniale et mortale differunt ratione naturæ.

Item quia natura peccati mortalis ita est contraria naturæ gratiæ, ut simul stare non possit in eodem subjecto; natura vero peccati venialis, quamvis contraria sit naturæ gratiæ, tamen simul in eodem subjecto stare et consistere potest: ergo peccatum veniale et mortale ratione naturæ differunt.

Item quia

Item quia natura peccati mortalis est aversio a Deo et conversio ad creaturam qua ad ultimum finem; natura vero peccati venialis est quia etiam aversio a Deo et conversio ad creaturam qua ad ultimum finem sed ~~inordinabiliter, quia~~ ex defectu perfecte advertentie deliberationis, quod si operans, maturè ante id ederet advertent, id esse peccatum, non id faceret: ergo peccatum veniale et mortale ratione natura differunt.

7mo Quod peccatum veniale et mortale differant ratione malitiæ.

Ratio est: Quia peccati mortalis malitia est, contemnere cum Deo amicitiam, ab eo averti, et converti ad creaturam [illegible] in ea velut in ultimo fine quiescere, item animam gratiæ pulchritudine et vita privare, mortem inferre, et ad gehennæ pœnas trahere; non autem ita se habet malitia peccati venialis, ut pari sat ex dictis patet: ergo peccatum veniale et mortale ratione malitiæ differunt.

Item quia malitia peccati mortalis est, excludere a consecutione regni cœlorum; malitia autem peccati venialis est tantum impedire a consecutione regni cœlorum non autem excludere ergo peccatum veniale et mortale ratione malitiæ differunt.

8vo: Quod peccatum veniale et mortale differant ratione offensæ, injuriæ, damni, et tristitiæ.

Ratio est: Quia peccatum mortale, quod tale est voluntarie et scienter in materia gravi committum, continet integram rationem offensæ et injuriæ respectu illius, cui offensam et injuriam infert, item quia damnum infert animæ peccatricis incomparabile et gravissimum, cum illam exspoliet habitu gratiæ et vitæ, et ~~delapsa~~ amicitia Dei privat omni; item quia peccatum mortale frequenter causat et infert ~~illi contra~~ damnum gravissimum illi, contra quem est, sic v.g. qui alteri 100 aureos surripit, habiturus ex illis magnum emolumentum quoad vitæ sustentationem providendum, aut qui alterius famam detrahit in re gravi cum gravi ejusdem nocumento, grave profecto damnum tali causat et infert, et consequenter etiam et tristitiam: peccatum veniale; quod tale est ~~sed non~~ ex genere suo, sicut non continet, non causat, non infert, licet ~~hoc~~ causare et inferre possit hoc peccatum veniale ex defectu advertentiæ; tamen hoc peccatum si consideretur in ordine ad Deum offensum et injuriatum et in ratione damni spiritualis et tristitiæ, non potest dici mortale, quia non continet integram rationem offensæ et injuriæ Dei, nam non exspoliat habitu gratiæ et vitæ, et non privat amicitia Dei, cum ex defectu advertentiæ committatur, hoc porro est indicium non integræ offensæ injuriæ Dei, ergo peccatum hoc non continet nec infert integram rationem offensæ et injuriæ Dei; item nec causat et infert damnum animæ, cum eam non privet habitu gratiæ et vitæ, et consequenter neque eandem tristitiam infert ergo peccatum veniale et mortale differunt ratione offensæ, injuriæ, damni et tristitiæ.

Objicies: Inferre damnum

Objicies Inferre damnum, id commune est et peccato mortali et veniali: ergo peccatum veniale et mortale ratione damni ponderis differunt. Respondeo dist: Ant: Inferre damnum animæ, id commune est et peccato mortali et veniali nego Ant: inferre damnum corporis, id commune est et peccato mortali et veniali ~~materialiter~~ subdist: id commune est et peccato mortali et veniali materialiter concedo Ant: id commune est et peccato mortali et veniali formaliter nego Ant: et consq. Etenim peccatum mortale et veniale differunt ratione damni animæ quia mortale privat omnino gratia animam, et eidem infert mortem, non autem ita veniale, cum venialis culpa consistat habitualiter cum habitu gratiæ in anima, item peccatum veniale et mortale licet ~~ratione~~ materialiter seu ratione materiæ subinde non differant, differunt tamen formaliter id est ratione actus, quia actus peccati mortalis fit cum perfectione ~~advertentiæ~~ advertentiæ et deliberationis et consensus circa materiam gravem, actus vero peccati venialis fit cum imperfectione advertentiæ, id porro est differre formaliter: ergo ~~peccatum~~ licet, inferre damnum corporis materialiter, sit id commune peccato mortali et veniali, tamen formaliter in his peccatis commune non est: ergo peccatum mortale et veniale etiam ratione damni corporis formaliter considerati differunt.

Instabis Atqui inferre damnum corporis, id commune est et peccato mortali et veniali formaliter: ergo manet argumentum. Respondeo dist: subs: atqui inferre damnum corporis, id commune est et peccato mortali et veniali formaliter obiective concedo subs: formaliter effective: nego subs: Etenim actus humanus peccaminosus desumit formam seu speciem ~~ab~~ malitiæ ab obiecto, et sic unus et alter actus humanus, licet communiter et mortalis et alter venialis, ratione obiecti seu materiæ possint se tamen quam versantur, et sic etiam quoad damnum; sed hoc est commune peccato mortali et veniali formaliter obiective, inferre damnum corporis indistinctum quoad speciem, aut distinctum quoad speciem seu quæ grave: ergo peccatum mortale et veniale licet semper obiective formaliter ratione damni non differunt. Tamen differunt formaliter effective, quatenus actus mortalis versatur circa materiam cum perfectione advertentiæ et deliberationis, actus vero venialis cum imperfectione advertentiæ et deliberationis; etenim ut actus humanus sit moralis requiritur advertentia et deliberatio circa malum, et hac ratione mortalis, si est cum perfecta advertentia et deliberatione, est et hac ratione venialis: ergo peccatum mortale et veniale ~~et~~ hac ratione inter se differunt, quod idem est ac ~~obiecti~~ formaliter effective, licet ratione damni non videantur differre.

Sed adversarius dicit

Infra: ergo peccatum mortale ratione damni et veniale non differunt: hic patet ex responsione: consequenter male sonat conclusio.

Respondeo dist.

Respondeo distinguo: ergo peccatum mortale et veniale quate
=nus tale est a ratione damni non differunt nego; illatum, quate
=nus tale est a diverso respectu subiecti non differunt alia quam o
contra. semper nego: Etenim peccatum mortale et veniale
hic non accipimus quatenus mortale est ex suo genere, quod requi
=rit perfectionem advertentiæ deliberationis, et gravitatem mate
=riæ quatenus mortale illud est ex perfectione advertentiæ, delib
=erationis, aut ex sola gravitate materiæ, minime vero in ratio
=ne damni; neque hic accipimus peccatum veniale, quatenus
illud est tale ex genere suo, aut ex imperfectione advertentiæ et
deliberationis, aut ex levitate materiæ: sed accipimus hic pecca
=tum mortale et veniale in sola ratione damni, quatenus pec
=catum mortale ~~est tale tum~~ præterquam quod tale sit ex perfectione
advertentiæ deliberationis et ex gravitate materiæ, etiam tale
est ex ratione damni; minime vero in ratione damni tale
est peccatum veniale, si distinguimus peccatum mortale et
veniale in sola ratione damni, et præscindimus peccatum mortale et
peccati, ex quibus peccatum subinde etiam mortale est aut veni
=tale: nam cum hic in sola ratione damni et pendamus mortal
=itatem et venialitatem peccati, et peccatum mortale ex eo quod
=gat ~~ex~~ gravitatem damni, sicut et peccatum veniale ex eo quod
=gat levitatem et exiguitatem damni, necessario peccatum mor
=tale et veniale in ratione damni debent differre, quamvis
hæc ratio differentiæ ex damno non sit primaria et specialis
et substantialis peccati mortalis et venialis, sed tum modo
secundaria accidentaria, cum peccata mortalia et venialia
plurima denter, sicut patet ex locis et explicationibus ex quibus
nulla sequeretur damna: ergo patet quomodo assen
=sus, peccatum mortale et veniale differunt in ratione damni.

Ino: Quod peccatum mortale et veniale differant subin
=de ratione causarum efficientium.

Patet est Quia causæ subinde graviter subinde leviter sunt
influentes ad peccandum, ea quæ perfecte voluntaria pecca
=ta aut imperfecte voluntaria vel plane non voluntaria,
sed quando causæ sunt graviter influentes ad peccandum, ea
quæ perfecte voluntaria opus ~~ex illarum~~ per se gravem illarum vi
illarum positum est mortale, quando vero sunt graviter in
=fluentes sed non perfecte voluntaria vel cum imperfectione advert
=entiæ, ~~aut quando sunt~~ licet opus per se grave malum vel
aut quando sunt leviter influentes, et opus per se leve malum
est, ~~peccatum~~ vi illarum opus tale positum est peccatum ve
=niale: ergo peccatum mortale et veniale ratione causa
=rum efficientium differunt. Sic vg ~~malitia~~ est peccatum mor
=tale, quod committitur ex malitia advertentiæ scientiæ, libertate et
cognitione mali, nulla alia causa impellente, vel ex ignorantia
vincibili, quæ

vincibili; quo est causa peraccidens peccati. Porro de his causis videre est infra disput.

Ratio vi est: Quia causa subinde excusantes sufficienter et causant a peccato subinde insufficienter; seu quando sufficienter excusant a peccato eo que mortali, desinet esse mortale, et manet nullum aut tantum veniale, et quando insufficienter aut iniuste excusant a mortali, manet mortale in suo esse: ergo peccatum veniale et mortale etiam ratione causarum excusantium differunt pro tempore illarum, quando urgent.

10. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione subjecti

Ratio est: Quia peccatum mortale animam constituit mortuam et deformem, minime vero peccatum veniale: ergo peccatum mortale et veniale ratione subjecti differunt.

11. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione Scientiæ.

Ratio est. Quia quo major est cognitio de peccato, eo magis est peccatum, quia sic magis voluntarium est, nam sicut ignorantia probabilis et invincibilis excusat a peccato, ita quo major est scientia et cognitio peccati, magis est peccatum; sed peccatum mortale respectu venialis constituit magis esse peccatum: ergo peccatum mortale et veniale ratione Scientiæ differunt.

12. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione Scandali.

Ratio est: Quia Scandalum subinde est occasio ruinæ tantummodo venialis, et subinde ruinæ mortalis, quo est occasione scandali peccato mortali commisso: ergo peccatum mortale et veniale ratione Scandali differunt. Et sic vg qui facit aliquid, et quo previdet alios arripturos occasionem ruinæ mortalis, interdens eorum hanc ruinam, peccat mortaliter, et in confessione id manifestare tenetur; qui vero facit aliquid, et quo previdet alios arripturos occasionem ruinæ venialis, intendens eorum ruinam venialem, peccat venialiter tantum, nec tenetur hanc intentionem manifestare in confessione, nisi tantum grave delictum, cui talis intentio annexa fuit: ergo peccatum mortale et veniale che.

13. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione contemptus.

Ratio est. Quia contemptus formalis in re sua materia gravi est peccatum mortale, in re sua materia parva vg opposita est peccatum tantummodo veniale: ergo peccatum mortale et veniale ratione contemptus differunt. Etenim contemptus formalis sic consideratus est gravis vel levis: ergo peccatum mortale et veniale differunt ratione contemptus.

14. Quod peccatum

14. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione periculi.

Ratio est: Quia periculum peccandi est ejusdem rationis cum peccato, cujus est periculum, seu peccatum cujus est periculum, aliud est mortale aliud veniale: ergo et periculum aliud est mortale aliud veniale: sed qui se exponit voluntarie et deliberate et advertenter periculo peccati, peccat peccato eo, cujus est periculum; ergo peccatum mortale et veniale differunt ratione periculi.

haec ratio est mea mente, prout consule Theologos moralis.

15. et 16. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione dubii seu dubia constientia, et erronea.

Ratio 1mi est: Quia dubium est ejusdem speciei et rationis cum peccato, de quo tale dubium est, et sic qui in positione dubii practice operatur, peccat eo peccato, de quo dubium in positione sua habet; sed peccatum, de quo est dubium aliud sublime mortale et aliud veniale est: ergo et opus stantem positione dubii aut mortale factum aut mortale aut veniale est; consequenter peccatum mortale et veniale etiam ratione dubii seu dubiae constientiae differt.

Ratio 2di est: Quia peccatum, quod committendum ipsa constientia erronea sive vincibilis sive invincibilis dictat, est mortale aut veniale, quatenus mortale est, quatenus constientia haec tale illud esse dictat, veniale est, quatenus illud tale esse, haec constientia dictat: ergo peccatum mortale et veniale ratione constientiae erroneae distanti differt.

17. Quod peccatum mortale et veniale ratione conditionis personae peccantis, aut alterius, contra quam peccatur, aut gratum peccatur, differat.

Ratio est: Quia ratione conditionis naturae seu sanctitatis peccati notabiliter mutatur, sit vg si rusticus Paterfamilias impingat alapam famulo suo, peccat tantummodo venialiter ratione conditionis personae nempe famuli sui, cum sane is agens agat contra charitatem; si vero impingat alapam suo domino, peccat mortaliter quia ratione conditionis, cum Dominus rustici sit agens, non modo contra charitatem seu etiam contra reverentiam talibus personis prestandam peccat: ergo peccatum mortale et veniale ratione conditionis differunt.

Item quia ratione conditionis subinde est duplicis conditionis malitiae specie distincta, ut vg si est persona sacra quae percutitur, peccatum est duplex: ergo etc.

18. et 19. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione scrupuli seu scrupulosa conscientiæ, item ratione affectus, desiderii et intentionis.

Ratio 1mi est: Quia conscientia scrupulosa dictat esse peccatum mortale aut veniale, ubi de facto tale non est: porro qui facit tale opus, quale illud esse ipsi dictat conscientia scrupulosa, peccat eo peccato, quale esse, ex dictamine conscientiæ suæ scrupulosæ apprehendit: ergo peccatum mortale et veniale ratione conscientiæ scrupulosæ differt.

Ratio 2di est: Quia affectus nempe actualis et desiderium illius est speciei, cuius est peccatum, ad quod affectus talis fertur; seu peccatum, ad quod talis affectus fertur est vel mortale vel veniale: ergo et affectus ipse actualis et desiderium est vel mortalis vel venialis; et consequenter peccator etiamsi non committat opus, ad quod est affectus, peccat tamen ratione ipsius affectus et desiderii sui ~~opus~~ vel mortaliter vel venialiter pretta speciem peccati, ad quod committendum ferebatur: ergo peccatum mortale et veniale ratione affectus actualis et desiderii actualis differunt.

Ratio 3tii est: Quia intentio seu volitio plena est illius speciei, cuius est ~~est~~ peccatum, seu peccatum ~~mortale~~ secundum speciem malitiæ sub est vel mortale vel veniale: ergo intentio seu volitio plena ipsa est vel mortalis vel venialis, etiamsi ipsum opus non ponatur. Confirmatur: Nam ille qui habet intentionem patrandi omnia peccata venialia tantum, mortaliter peccat, talem intentionem habendo, quia se exponit sic periculo morali et proximo peccati mortalis, cum peccata venialia disponant ad peccandum venialiter: ergo sic hæc intentio est mortalis talis ex a fortiori illa intentio et volitio qua mortalis aut venialis, qua fertur ad mortale aut veniale; seu peccatum, quod hoc modo sola intentione seu volitione committitur, est mortale vel veniale: ergo peccatum mortale et veniale ratione intentionis differunt.

20. et 21. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione concupiscentiæ, dispositionis, passionis, malitiæ, ignorantiæ, et infirmitatis.

Ratio 1mi est: Quia licet peccata non differant ullatenus ratione concupiscentiæ absolute et simpliciter secundum se considerata, quatenus ipsa esse tentat et allicit voluntatem et inclinat ad peccandum, eo quod concupiscentia sic spectata non sit voluntaria, et sic considerata ~~est~~ in homine ante baptismum et manet post baptismum, et sit nullatenus est peccatum; differunt tamen peccata ratione concupiscentiæ cum consensu voluntatis concipiendi, nam peccata sic considerata jam sunt voluntaria; porro concupiscentia sic accepta

= pisentia sic accepta est pars ad rem per se sufficientem ad mor
= tale peccatum pars ad rem per se sufficientem ad veniale tantum
peccatum, et sic etiam peccata consummantur et perplentur:
ergo peccatum mortale et veniale ratione concupisentiæ
cum consensu perfecto voluntatis conjunctæ differunt.

Ratio 2di est: Quia dispositio actualis non habitualis studio
voluntario causata ab homine in se ex affectu et desiderio, est
ad patrandum peccatum vel mortale vel veniale, sed talis dis:
positio est peccaminosa, etiamsi ipsum opus mortale vel ve:
niale non ponatur, et talis dispositio habet suam speciem
malitiæ a specie peccati, ad quod tendit quia ad objectum
suum: ergo peccatum mortale et veniale, etiamsi peccatum
intentum non ponatur, pars ratione solius talis dispositionis
differunt. = Dico ratione dictæ dispositionis talis actualis
et non habitualis; quia qui solum ita dispositus habitua
=liter est, peccare mortaliter, oblata sibi occasione peccan
=di mortaliter, non peccat mortaliter, ex quo talis caret ex
=pressa actu intentionis et volitionis ad peccandum mortaliter,
ut patebit et infra dicendis.

Ratio 3tia est: Quia passio consequens advertentiam intel
=lectus et electionem liberi arbitrii pendet pars a principio volunta
=rio, et sic aggravat peccatum, cum peccatum et tali passione
comes sum bit in ipsa ut et ipse in sua causa volientarium
et hæc passio demonstrat majorem eminentem intentionem ad
peccandum, cum talis passio excitetur ex vehementia volitio
=nis actualis voluntatis, quæ passio se diffundit in vires inferio
=res et potentias corporis cum majori lætitia voluntatis; pas
=so passio hæc habet se per ordinem ad peccatum secundum
modum perfecte aut imperfecte advertentiæ, cum peccatum
sit mortale aut veniale pleyta statum advertentiæ et delibera
=tionis; sed peccatum ratione advertentiæ et deliberationis
peccatum mortale et veniale differt: ergo et ratione pas
sionis. = Item quia passio vel minuit, vel
aggravat peccatum ~~mortale~~ voluntarium, et consequenter
et peccatum, cum omne peccatum debeat esse voluntarium
minuit voluntarium, quando antecedit usum rationis et electio
=nem liberi arbitrii, et pas actus rationis et liberi arbitrii
perturbando, aggravat voluntarium et consequenter etiam
peccatum, quando usum rationis et electionem liberi arbitrii
subsequitur sua consequitur: sed passio diminuendo voluntá
=rium facit illud venialiter culpabile, et aggravando illud
facit illud mortaliter culpabile, aut sufficiens ad culpam
mortalem: ergo peccatum mortale ~~ratione pe~~ et veniale
ratione passionis differt. Et hæc ratio valet, vide
pro illa doctrina de causis efficientibus peccatorum
in 2a Dissert. 2. art.

Ratio 4ta est.

Ratio 4ti est: Quia peccatum mortale ratione malitiæ suæ, quatenus malitia peccati jam commissi consideratur: constituit animam mortuam et deformem; minime vero ita peccatum veniale ratione malitiæ suæ: ergo peccatum mortale et veniale ratione malitiæ sic consideratæ differt. Sed vero peccatum mortale et veniale differant ratione malitiæ, quatenus malitia est causa peccatorum existens in voluntate operante peccata: Ratio est: Quia malitia sic spectata originem habet ab inordinatione voluntatis, quæ inordinatio in hoc consistit, quod voluntas minus bonum, ut est temporale, eligat relicto et contempto majori bono, ut est spirituale: voluntas enim eligit malum non quia malum sed quia bonum, ubi aut delectabile non vero qua hoc tale; sic inordinatio hæc voluntatis causatur a fine objective malo proposito a intellectu, et habet se specifice juxta speciem malitiæ finis objective mali, et sic finis objective malus est per se mortalis, erit etiam ipsa inordinatio voluntatis, qua lacte eligentis ex tali fine peccat opus mortale, mortalis, si finis objective malus est per se venialis aut venialiter: ergo et malitia voluntatis, quatenus causat peccatorum, talis erit, cum ab inordinatione voluntatis malitia, quatenus causa est peccatorum, originem suam habeat, et in ipsa etiam voluntate existat, hanc habet enim voluntas male dicitur: igitur peccatum mortale et veniale ratione malitiæ, quatenus ipsa est causa peccatorum differunt.

Ratio 5ti est. Quia ignorantia vincibilis, qua est causa peraccidens peccatorum, alia est crassa, et alia affectata, crassa est, qua indirecte est voluntaria, quatenus aliquis in studio non velit laborare, et sic hæc ignorantia secundum quid minuit voluntarium, et excusat a peccato ex parte, et diminuit peccatum; affectata est directe voluntaria, et auget et aggravat peccatum voluntarium, ut quando quis non vult scire, ut liberius peccet; sed ignorantia vincibilis crassa excusare potest a mortali, affectata autem minime: ergo peccatum mortale et veniale ratione ignorantiæ, qua causa peraccidens peccatorum, differunt.

Ratio 6ti Quia infirmitas est ex passione; porro passio si antecedens est voluntatis consensum, minuit voluntarium, si consequens est voluntatis ad consensum, auget et aggravat peccatum; sed infirmitas sic etiam se habet, cum sit ex passione: ergo ratione infirmitatis peccatum commissum est vel mortale vel veniale; consequenter peccatum mortale et veniale ratione infirmitatis differunt.

22. Quod peccatum mortale et veniale differant ratione actus non metaphysice seu moraliter consideratæ.

Ratio est: Quia actus desumit speciem suæ malitiæ vel ab objecto vel a fine; sed peccatum ratione objecti aut finis est aut mortale aut veniale: ergo et ratione actus peccatum tale est:

consequenter peccatum

consequenter peccatum mortale et veniale ratione actus differunt.

Advertet I pro hac doctrina differentiarum: esse et alias rationes peccatorum, ob quas peccata differunt, sed cum ideo tantum per accidens, et reducantur ad differentias primarias et essentiales peccatorum, quo differentiæ sunt aut ex ratione finis, aut objecti, aut ipsius voluntatis agentis, et quibus differentiæ accidentales resultant, aut sequuntur, aut concomitantur essentiales: igitur abillis discutiendis abstinemus.

Advertet II Si tamen voluntas ad istiusmodi peccata ~~mortalia~~ per accidens mortalia feratur cum perfecta advertentia cognitione talium peccatorum, et cum perfecta deliberatione, talia peccata erunt mortalia non modo per accidens sed etiam ratione causæ efficientis, nempe voluntatis, et sic talia animæ etiam nocent mortaliter.

Quæstio III.

De Transitu peccati mortalis in veniale et venialis in mortale.

Articulus I.

Quibus modis peccatum mortale transire possit in veniale, aut veniale in mortale?

Nota I Peccatum mortale non per se fieri ~~mortale~~ veniale, sed per accidens. Ratio est quia in se invicem non possunt essentialiter transmutari, eo quod essentia peccati mortalis et essentia peccati venialis, cum habeant inter se oppositionem contradictionis sicut ens et non ens, ~~non~~ in infinitum distent: tum quia peccatum mortale de se est expulsivum gratiæ, minime vero peccatum ~~non~~ veniale; porro ut id, quod est de se mortale, et de se expulsivum gratiæ, sit etiam de se veniale et de se non expulsivum gratiæ, id nullatenus fieri potest, cum in hoc talent contradictio: ergo peccatum mortale dum fit veniale, non per se fit veniale sed per accidens. Et idem dicendum est de peccato veniali, peccatum veniale non per se sed per accidens fieri mortale, et ratio est eadem.

Nota II: Mortale fieri veniale non per additionem sed per subtractionem: non per additionem, patet, quia peccatum mortale de sua natura est quid perfectum; perfectum autem est id cui nihil deest: ergo peccatum mortale fit veniale non per additionem. Imo vero mortale fiat veniale per subtractionem: ratio est

subtractionem: ratio est quia peccatum mortale ~~subt~~ subtractionem est actus non plene deliberatus et subitus, seu iste defectus plenitudinis et perfectionis in deliberatione fit per subtractionem debitæ perfectionis in deliberatione; ergo peccatum mortale fit veniale per subtractionem.

Nota III. Peccatum veniale fieri mortale vel per dispositionem, vel per additionem circumstantiæ. Veniale per dispositionem fit mortale non directe per se, quia sic peccatum veniale disponit ad actum sibi illum non autem dissimilem, ut est peccatum mortale; sic fit mortale per dispositionem indirecte ratione agentis, quatenus ~~fit~~ levi seu imperfecto veniali agens constituit ultimum finem sibi, aut ratione impedimenti; quod dicitur prohibens; quod impedit ne peccatum mortale eveniat, quatenus peccatum veniale removet tale impedimentum, ut eveniat mortale peccatum, et sic qui consuescit voluntatem non subjicere ordini debito in minoribus rebus, removet tale impedimentum impeditivum peccatum mortalis, et peccat facile mortaliter; sic vg qui removet columnam profluentem, ne ruat domum ~~ruat~~ cadat, ipso facto est causa indirecte disponens ad id, ut ruat domus cadat; ita qui follit subjectionem voluntatis ad ordinem debitum, ipso facto est causa indirecte disponens, ut peccatum ~~veniat~~ mortale eveniat. Fit autem veniale mortale ratione circumstantiæ, ut patebit ex responsione ad Quæres II. sit ergo

Quæres. I°. Quibus modis peccatum mortale transire possit in veniale?

Respondeo. Tribus modis, nempe 1mo ex imperfectione actus, seu deliberationis et advertentiæ. vide supra q. 2. art. 2. ad 6um. ~~Rationem~~ Rationem 2di, hæc enim satis etiam nota: vide rationes probativas hujus supra etiam q. 2. ibidem ad Quæres 6. in fallore probativa 3tii. = 2do ratione parvitatis materiæ: vide ibidem ad Quæres 6. in fallore probativa 3tii. = 3tio. Ratione ignorantiæ: quia sicut ignorantia excusare potest ab omni peccato, ita etiam excusare potest a gravitate peccati, ut videre est Rationis infra dicendi.

Quæres II. Quibus modis seu quibus ex capitibus peccatum veniale transire possit in mortale?

Respondeo Peccatum veniale per se transire non potest in mortale, ut demonstravimus in Solutis, potest tamen transire in mortale per accidens seu ratione circumstantiæ moraliter malæ, id quæ multis ex capitibus. = 1mo: Ratione finis mortaliter mali adjuncti. 2do Ratione affectus pravi. 3tio ratione pravæ dispositionis in agente. 4to ratione plenæ advertentiæ. 5to ratione contemptus alicujus obedientiæ specialis actualis formalis. 6to ratione proximi moralis periculi incidendi in mortale peccatum. 7mo

in mortale peccatum. 7mo. ratione constientiæ erro-
=neæ. 8vo. ratione scandali. 9no. ratione additionis seu
connexionis moralis materiæ.

1mo Quod peccatum veniale transeat in mortale ~~Dubio~~ ratione finis
~~peccati~~ mortalis adjuncti; exemplum hujus est, ut si quis leve mendacium
=cium proferat ut hoc finem sortiatur; aut si quis surripiat calamum
ut alterum ad blasphemiam tradat; porro leve mendacium, aut
surreptio ~~est per~~ calami est per se peccatum veniale ob parvitatem materiæ
per accidens autem est mortale, quia finis qui per accidens se habet
ad hos actus mendacii et levis surreptionis, est per se mortalis; cum pec-
=catum fornicationis et blasphemiæ quo genere sint peccata mortalia
ergo qui ex motivo talis finis aliquid leviter peccaminosum facit, pec-
=cat per accidens peccato mortali; consequenter peccatum veniale
transit in mortale per accidens ratione finis mortalis adjuncti.
D. Thomas Bartholomæus Medina, et Sabarrus, Reginaldus, Navis Re-
=gia, Azorius, Sanchez. Si nempe talis venialiter peccat ex affectu mor-
=tali ad finem talem; nam affectus actualis includit in se actualem
intentionem finis talis mortaliter mali; et est affectus ejusdem speciei, cu-
=jus est finis: ergo peccatum veniale ratione finis mortalis in quo
per accidens transit in mortale. = Hæc etiam par ratio sequitur
pro solvendo et probando mox 2do. Sequitur

2do Quod peccatum veniale per accidens transeat in mortale ratio-
=ne pravi affectus.

Probatur hic affectum alium esse actualem, alium habitualem, actu-
=alis est, qui continuat simul intentionem ~~faciendi finem quo~~ actualem
expressam faciendi id ad quod affectus est; habitualis est, qui caret
tali intentione. Unde ad peccatum mortale non sufficit affectus
habitualiter ~~mal~~ dispositus est, ac veniente occasione ad committendum
peccatum mortale, non peccat mortaliter, eo quod careat actuali in-
=tentione committendi peccatum tale. Hinc qui furtum modo, qua habi-
=tualiter dispositus, oblata occasione fornicandi vel peccandi, fornica-
=tur, vel furatur, non peccat mortaliter, eo quod careat actuali elec-
=tione, vel intentione committendi peccatum mortale, quo requiritur ad
peccatum mortale contrahendum: ergo ad contrahendum peccatum
mortale non sufficit affectus habitualis, sed omnino requiritur affec-
=tus seu dispositio actualis. Ita Sanchez, Bonina, Valentia, et
alii communiter recentiores. Hoc præmisso

Ratio propositi est: Quia affectus est ejusdem speciei, cujus est
peccatum ad quod affectus, ipse actualis tendit: seu finis, si ejusmodi
ad quem talis ~~[redacted]~~ affectus actualis ferter, est mortalis: ergo et
ipse affectus est mortalis; consequenter peccatum veniale, quod
~~cum~~ ex affectu talis finis ponitur, per accidens transit in mortale
ratione talis affectus. Et sic ~~ille dicit~~ mortaliter peccat ratio-
=one talis affectus et finis, qui in peccato veniali, quod committit, ul-
=timum finem ita ponit propter hunc affectum, quem habet ad
=tale peccatum veniale, paratus sit potius peccatum mortale com-
=mittere, quam hoc peccatum veniale dimittere: sic ex Tirino in-
=ferens magnorum apparatu

tendens magno cum apparatu vestium et pompa incedere, peccat venialiter quia magna cum pompa incedere peccatum est tantummodo veniale, etiamsi ad pompam magnus ad sit affectus; si vero tali pompa intendit aliquem ad libidinem inducere, vel ad aliud grave peccatum, peccat mortaliter ratione finis. Item, si huius gravia delicta intendit committere, ut magna cum pompa possit incedere, et potius velit peccatum mortale committere, quam a pompa abstinere, mortaliter peccat, quia finem in peccato veniali constituere videtur, cum non vereatur peccatum mortale committere, ut peccati venialis finem obtineat. Ita Sanchez, Reginaldus, Navarrus, Angles, Cajetanus, et alii communiter. Hae duo exempla stant etiam pro probando primo puncto.

3tio Quod peccatum veniale transeat per accidens in mortale ratione pravae dispositionis. Patio est Quia dispositio pravae est eiusdem speciei, cuius est peccatum; seu peccatum, ad quod homo tanquam ad finem fertur, est mortale, ut supponimus: ergo et ipsa prava dispositio agentis, intelligo actualem, quae includit intentionem committendi peccatum mortale, quod intendit, est mortalis: Consequenter peccatum veniale, quod committitur respectu peccati mortalis committendi, fit per accidens saltem mortale. Hinc si agens ita est dispositus et affectus, ut id, quod facit, adhuc faceret, etiamsi sciret illud esse peccatum mortale, mortaliter peccat. Tenor huius puncti est idem cum duobus primis probato, et probatio par est et valens pro probando hoc 3tio puncto, ac illorum probatione.

4to. Quod peccatum veniale transeat per accidens in mortale ratione plenae advertentiae. Patio est: Quia peccatum mortale ex defectu plenae advertentiae transit in mortale veniale etiam in materia gravi, cum defectus plenae advertentiae causet a peccato mortali: ergo peccatum veniale idem, quod est tale ex defectu perfectae advertentiae, si committatur cum perfecta advertentia, transit in mortale. Hinc infertur, eum, qui non plene advertens delectatur de re turpi, peccare tantummodo venialiter; advertente vero plena advertentia, si perseveret in delectatione hac peccare mortaliter, eo quod adsit materia gravis cum advertentia plena et consensu pleno sufficiente ad mortale.

5to. Quod peccatum veniale transeat in mortale ratione contemptus formalis, aut inobedientiae formalis actualis. Patio est: Quia potest committi peccatum per se aut per accidens veniale, et simul etiam per accidens mortale, nempe cum contemptu formali actuali aliquo mortali aut cum inobedientia actuali formali

v.g. si quis rem parvam præceptam contemnat, et transgrediatur cum intentione imperiam inferendi Superiori quod talem rem præceperit, aut si quis rem parvam contemnat cum aliquo errore contra fidem, aut si quis veniale peccatum committit, putans illud non esse dignum pœna; seu contemnere et transgredi rem parvam est peccatum per accidens veniale, et contemnere et transgredi illam cum intentione imperiam inferendi Superiori est peccatum per accidens mortale, cum intendere imperiam inferre Superiori, sit peccatum per se mortale, et respectu peccati venialis, cui adjungitur tale mortale peccatum, est per accidens mortale; et similiter contemnere rem parvam est peccatum per se veniale, contemnere autem illam cum errore contra fidem, est peccatum per se veniale et per accidens mortale cum errare contra fidem sit peccatum per se mortale, et respectu peccati venialis, cui adjungitur, est per accidens mortale ergo peccatum veniale ratione contemptus actualis formalis aut inobedientiæ actualis formalis est per accidens mortale. De contemptu et inobedientia, vide infra articulum 2um per totum.

6to. Quod peccatum veniale transeat per accidens in peccatum mortale ratione proximi moralis periculi incidendi in peccatum mortale.

Patet est: Quia peccatum veniale subinde proxime disponit ad peccandum mortaliter, et est occasio proximi periculi incidendi in mortale; Etenim fieri potest ut quis frequenter committendo peccatum veniale ob frequentiam quem sæpe sæpius incurrit proximum periculum peccandi mortaliter, et mortaliter peccet, juxta illud Ecclesiastici 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Hinc Sanchez docet bene, cum mortaliter peccare, qui habet intentionem committendi omnia venialia, seu non evitandi ullum peccatum veniale, conetur velle se constituere in morali et proximo periculo peccandi mortaliter, eo quod omnia peccata venialia, ut sentit S. Thomas, Vasquez, Valentia, Clavis Regia, et communis sententia Doctorum: disponant ad mortale juxta illud Ecclesiastici 19. Qui spernit modica paulatim decidet; porro qui libet Theologus concedit, illum qui habet dispositionem seu affectum actualem ad omnia peccata venialia patrandi, esse in proximo et morali periculo mortaliter peccandi; sic etiam dicendum est de illo qui eligit nisi obligent sub mortali, ita Sanchez: ergo peccatum veniale ratione proximi periculi peccandi mortaliter transit per accidens in mortale.

7mo. Quod peccatum veniale transeat ~~per~~ in mortale ratione conscientiæ erroneæ.

Patet est: Quia qui committit aliquod peccatum veniale, cravet dictamine conscientiæ erroneæ illud esse mortale, peccat mortaliter, ~~quia~~ eo quod agat contra dictamen conscientiæ suæ erroneæ, ergo actus non habet meliorem impressionem: ~~dictamen~~ per

quam apprehendit

tur quam apprehendit id, quod agit, esse mortale. Sic vg qui leviter mentitur, quod est peccatum veniale, aut dies assumpti diviti, aut leviter jocatur et altero cum aliquo otiosa exerpsit, aut tempore Missae in die festo moram etiquam probabili in mentis divagatione alio, aut sine justa causa tres versus psalmi tertia vg horae omittit, aut nimio risu rideat, credens haec esse peccata mortalia, quae interim sunt venialia, peccat mortaliter, Ratio est, quia haec apprehendit esse mortalia, quatenus conscientia sua erroneo dictat ipsi haec esse mortalia, et tamen haec sic apprehendens operatur: ergo peccat mortaliter. = Similiter qui operatur aliquid, credens id esse peccatum veniale aut mortale, quod interim neque veniale neque mortale est per se, peccat eo peccato, quod apprehendit conscientia sua erronea; sic vg qui egreditur ecclesiam, credens, prius committi peccatum irreverentiae et sacrilegii, committit peccatum irreverentiae et sacrilegii, si re ipsa egreditur ecclesiam, sic credens, antequam rationabiliter deponat hanc conscientiam sic erroneo dictantem. Ergo peccatum veniale ratione conscientiae erroneo transit in mortale.

8va Quod peccatum veniale transeat in mortale ratione scandali.

Ratio est: Quia actus ex se bonus potest effici peccaminosus ratione scandali: ergo multo magis peccatum veniale efficiet potest mortale ratione scandali. Ita Navarrus et alii Doctores citati. Tum quia opus per se indifferens, et quod ponitur ab aliquo intendente inde scandalum et ruinam alterius gravem, aut credente in re alterum habitum ruinam gravem mortaler, efficitur opus indifferens ratione scandali alterius mortale: ergo et peccatum veniale ratione scandali transit in mortale.

9na Quod peccatum veniale transeat in mortale ratione additionis seu connexionis moralis materiae.

Ratio est. Quia peccatum veniale, quod tale est ob parvitatem materiae, augeri et aggravari potest ob majorem notabilem et gravionem malitiae quantitatem, quatenus materia levi electa quae additur notabilis et major quantitas materiae, porro peccatum ob notabilem et majorem quantitatem materiae est mortale: ergo peccatum veniale, quod tale est ob parvitatem materiae transit in mortale ratione additionis seu connexionis moralis materiae in quantitate. Ope qui decrevit furari 10 asses, et postea furatur 40, mortaliter peccat: mihi stat data.

Objicies in primo: Ergo peccatum veniale fit mortale, et sic desinit esse peccatum veniale et est mortale. Respondetur: fit mortale per accidens concreto per se nego: Etenim peccatum veniale non transit essentialiter et per se in mortale, quasi essentia peccati venialis mutetur in essentiam peccati mortalis, et sic peccatum veniale desinat esse, et sit tantummodo mortale, cum essentia peccati venialis maneat etiam post acquisitam novam essentiam peccati mortalis, et non destruatur, et dicimus etiam dicitur veniale tantum per accidens transire in mortale, ut ostendimus in Tomo citato;

igitur veniale

igitur veniale transit in mortale per accidens, quatenus nempe peccato veniali succedit peccatum mortale ratione ignobilis quantitatis materiæ, quatenus videlicet eligitur furtum in notabili quantitate, quod fuisset tantummodo veniale in modica quantitate. Ita Sanchez, Navarrus, et alii, quos vide in Tractatu de Peccatis, ubi de quantitate sufficiente ad mortale. Hinc

Quæres 12. An idem numero peccatum veniale manens idem in genere moris, fieri possit mortale, vel e contra?

Respondeo negative. Ita S. Thomas 1.2.q.88.a.4. Valentia, Medina, Navarrus, Regia, et alii.

Ratio est: Quia adhuc, ut peccatum de veniali transeat in mortale in genere moris, requiritur aliqua mutatio in genere moris seu peccatum veniale, quod manet tale in genere moris, caret tali mutatione: ergo idem numero peccatum veniale manens idem in genere moris, fieri non potest mortale, vel e contra, quod usque manet in genere moris idem veniale. = Item quia sicut actus, qui antea erat bonus, non potest effici malus, nisi adsit aliqua mutatio vel cognitionis, vel affectus seu voluntatis; ita actus venialiter peccaminosus non potest idem in genere moris effici mortaliter peccaminosus, nisi adsit aliqua mutatio in genere moris vel ratione cognitionis et deliberationis, vel ratione finis mortaliter peccaminosi, vel ratione alterius circumstantiæ: ergo idem numero peccatum veniale manens idem in genere moris, per se nequit fieri potest mortale, et e contra, quamvis fieri possit per accidens in genere moris, quatenus aliqua illius mutatio accidentalis accidit in genere moris vel ex parte cognitionis vel deliberationis, vel materiæ. = Item quia peccatum veniale et peccatum mortale differunt plusquam genere in genere moris; nam mortale tollit gratiam et amicitiam Dei, non vero id veniale; porro quæ specie aut genere differunt, non possunt sine mutatione in invicem coalescere: ergo idem numero peccatum ebe.

Respondi negative in genere moris, quatenus ~~veniale idem manens idem~~ ~~actus non~~ quæstio est de peccato veniali manente in genere moris quia, si loqueamur de peccato veniali secundum esse suæ naturæ, genus est actus cum imperfecta deliberatione inchoatus, et continuatus et perfectus advenientе plena et perfecta deliberatione, sic peccatum veniale secundum esse suæ naturæ potest esse et mortale et veniale, quia perfecta cognitio et deliberatio peccatum et imperfectione cognitionis et deliberationis veniale facit mortale: ergo peccatum veniale secundum esse suæ naturæ potest ~~esse~~ transire in mortale et mortale et veniale sit, e contra. Hinc sequitur =

Articulus II.

An peccata venialia multa possint constituere unum peccatum mortale?

Unde quod locuti sumus de transitu peccati venialis in mortale, datur nobis dubitandi occasio, an ex multis venialibus constitui possit

sibi possit unum mortale, et hujus nobis dubii occasionem
obtheli quomendam medium, ita sibi persuadentium quod ex multis
venialibus constituatur unum mortale. Verum nos ad hoc dubi-
um quietandum cum communi doctorum sententia mox respon-
debimus, ut S. Thomas, Cajetanus, Medina, Vasquez, Suarez, Mar-
tinus Becanus, et alii communiter. Interim pro hac dubio

Quæres 13. An peccata venialia multa possint constituere unum peccatum mortale?

Respondeo multa venialia non efficere unum peccatum mor-
tale, perse, et formaliter loquendo, nisi per accidens et materia-
aliter vg ratione gravis materiæ aut rationis contemptus formalis
scandali, aut periculi proximi incidendi in mortale, ut jam
satis in præcedenti Articulo probavimus de uno peccato veniali hu-
usmodi in mortale.

Ratio probativa est: Quia peccata venialia perse et secun-
dum suum formale spectata non privant nos gratia proxime
et immediate, seu cum ea stare possunt, peccatum vero mortale
privat gratia: ergo multa peccata venialia non possunt con
stituere unum mortale. Tum quia peccatum quodlibet veni
ale perse et directe disponit tantum ad actum similem sibi,
non talem dissimilem ut est peccatum mortale, porro ~~quando~~
hoc etiam de pluribus venialibus simul sumptis sicut et de sin-
gulis est intelligendum: ergo = Tum quia peccatum morta-
le quodlibet averbit a Deo, non autem veniale, nec multa ve-
nialia, cum homo etsi millena habeat venialia, stat tamen
in gratia et amicitia Dei, si vero unum tantum mortale habet,
jam privatur per illud et gratia, et consequenter et amicitia Dei.
Tum quia esse peccati venialis cujuslibet et ~~simul~~ multorum
simul sumptorum in infinit distat ab esse peccati mortalis:
ergo ex illis non potest esse. Tum quia nullum veniale ~~nec~~
~~simul plus~~ ratione solius frequentiæ seu consuetudinis fieri po-
test mortale, præciso contemptu, scandalo, et periculo proxi-
mo incidendi in mortale num. 6. in præcedenti articulo diximus:
ergo peccata multa venialia non possunt constituere unum
mortale.

Objectiones.

Objicies 1mo: S. Augustinus tractatu 1 in epistolam 1. Joannis,
Multa peccata levia faciunt unum grande, sicut multa guttæ
implent flumen, et multa grana faciunt magnam: ergo multa
venialia faciunt unum mortale.

Respondeo Explicatur. faciunt unum grande, faciunt per se,
et directe, quatenus talia sunt in genere moris negandum: faciunt per
accidens, vel secundum esse suæ naturæ, quatenus imperfecte in-
choantur in fieri et perfecte continuantur concedendum. Unde consta
in sensu ejusdem explicationis.

Etenim per S. Augustinus intelligendus est de peccatis venialibus,
quatenus illa per accidens in genere moris mutantur vg ratione
scandali, contemptus, periculi proximi incidendi in mortale vel
quatenus illa in fieri seu cum imperfecta deliberatione inchoantur
secundum esse suæ naturæ, non tunc enim de facto in inchoando
sunt venialia

BIBLIOTEKA W.B.

sunt venialia, et quatenus eadem peccata in eodem genere et secundum eandem suam naturam esse cum perfecta deliberatione et advertentia continuantur et consummantur, sic enim sunt mortalia, aut et sic peccata venialia considerata possunt facere unum grande; minime vero peccata venialia ea, quae talia sunt per se et in suo esse facere possunt unum grande, nec Augustinus sic intelligendus est.

Obicies II. Qui multis diebus praetermisit orationem Angelicam quam ex voto singulis diebus recitare tenebatur, peccat mortaliter, postquam pervenit ad materiam notabilem, quamvis peccavit tantummodo venialiter, antequam ad illam pervenitet. Item qui sapius levia furatur, peccat tantummodo venialiter, peccat vero mortaliter post multa hujusmodi furta: ergo multa venialia efficiunt unum mortale.

Respondeo. Distinguo cum communi Doctorum sententia: Qui multis diebus praetermisit orationem Angelicam, quam ex voto singulis diebus recitare debuit, aut qui sapius levia furatur, peccat mortaliter, si intentionis successivae habitualem habuit materiam successive notabilem praetermittendi, aut auferendi concedo. Si intentionis seu voluntatis affectum actualem et praesentem non habuit materiam successive notabilem praetermittendi aut auferendi nego. et consq:

Nam si ille intentionem actualem habuit, materiam notabilem praetermittendi aut auferendi successive, licet singillatim auferendo aut praetermittendo, peccat mortaliter: ratio est quia in sumendo levia aut in omittendo orationem angelicam eo animo, ut successive omitteret aut auferet materiam notabilem, adest advertentia deliberatio et materia sufficiens ad peccatum mortale: ergo sic affectus omittens singulis diebus orationem Angelicam aut sapius auferens levia peccat mortaliter. Si vero ille hanc intentionem actualem non habuit, peccavit tantummodo venialiter ob materiae parvitatem: verumtamen si postea furta pervenit ad tantam quantitatem, quae conjuncta cum praecedentibus quantitatibus materia constituat summatim materiam notabilem sic jam multum successive surripere, etsi bilominus tamen surripit, peccat mortaliter, si haec tanta advertentia surripit.

Ratio est, non quia multa venialia efficiunt unum mortale, sed quia ultimus actus surreptionis seu ultima surreptio venitur jam circa materiam cum continuatam cum praecedentibus, quae materia cum praecedentibus materiis moraliter connexa ab intellectu cognita est jam notabilis gravis et sufficiens ad mortale.

Hinc facile colliges, illum qui sapius praetermittit orationem Angelicam aut levem eleemosynam singulis diebus faciendam ex voto, quem pervenit ad talem omissionem, quae continuata cum praecedentibus conficeret notabilis, mortaliter peccare: ratio est, quia quamvis singulae tales omissiones sint tantummodo peccata venialia, nec sufficiant ad mortale peccatum, tamen simul sumpta integrant et constituent materiam gravem et sufficientem ad peccatum mortale.

ergo talis

ergo talis sic agendo peccat mortaliter.

Sed hoc tamen dicta consideranda cum hac limitatione. nempe modo votum talis orationis aut eleemosynae levis non fuerit factum in honorem certi temporis v.g diei. q dum si totum factum sit in honorem et solemnitatem certi temporis v.g diei, tunc omissiones plurimus diebus talibus facta non continuantur, neque integrant unum peccatum mortale; ratio est quia obligatio recipiens honorem certi temporis cessat lapsu talis temporis: ut patet ex dictis de voto; unde qui vovit in honorem B. Virginis Mariae tradere eleemosynam, vel preces aliquas recitare singulis Sabbatis festivitatibus, elapsa festivitate aliqua ex illis cessat obligatio, qua festivitate vovens tenebatur eleemosynam dare aut vel preces persolvere; neque omissio precedens continuatur cum subsequentibus, ut patet a simili de obligatione recitandi divinum officium singulis diebus, quoniam lapsu distinguitur obligatio recitandi, nec remanet obligatio repetendi de sequentibus diebus, nec omissio unius diei continuatur cum omissione alterius diei. ergo praecedentia dicta intelligi cum distinctione, nempe quatenus ille oratio et illa eleemosyna fuit vota cum obligatione absque electione specialis temporis, si cum obligatione propter electionem specialis temporis, sunt sensus praecedentium dictorum non subsistit, et non potest ex dictis.

Secus dicendum est, si votum traeendi certam eleemosynam vel recitandi orationem Angelicam aliquibus diebus, non sit factum in honorem v.g alicuius specialis diei aut festi, sed dies tantum apponatur sit quia terminus, ne ultra illum differatur tractio eleemosynae aut recitatio orationis Angelicae; tunc enim asfero singulas omissiones esse quidem peccata venialia ratione parvitatis materiae, sed dum perveniatur ad omissionem materiae notabilis, committit peccatum mortale, quia tales orationes vel eleemosynae omissae continuantur, et ipsarum obligatio non cessat lapsu dierum, sed extenditur ultra dies, donec impleatur. Ita docet Vasquez, Rodriguez Navarr, Clavis Regia, Sanchez, Valentia, et alii, quos vide de voto et juramento.

Ex qua propter circa id notanda est haec

Regula, quam tradit Vasquez, et praecitati quam innuunt: nempe

Quoties cunque materia et obiectum ultimi peccati venialis continuari potest cum materia praecedentium, ultimum peccatum in quo materia notabilis completur, est mortale, quod aliquin esset veniale; quando vero materia ultimi peccati non potest notabiliter continuari cum materia praecedentium peccatorum venialium, ultimum peccatum non est mortale, quia singula materia sunt parva, et divisa remanent absque morali comparatione, consequenter ultimum peccatum retinet qualitatem peccati venialis.

Ita vero ille, qui sepius minima furatur et pervenit ad materiam notabilem, non solum mortaliter peccat, quando primo vice ad materiam notabilem pervenit, verum etiam sequentibus vicibus; constat ex dictis in Tractatu de restitutione, et circa ea facilis colligi potest, quid in similibus casibus sentiendum sit, quando materia continuatur, ita ut simul sumpta sufficiat ad constituendum peccatum mortale.

Colligi 1mo potest

Colligi 1mo posse ex dictis in responsione ad Quæres, item ex responsione ad objectionem quam deinde dictis, et ex regula ibidem proxime posita: nempe = illum, qui singulis diebus festivis fatis opera servilia per unum horæ quadrantem, non peccare mortaliter: ratio est, quia hujusmodi opera servilia in diversis festis diebus facta non videntur moraliter continuari, consequenter non constituunt materiam notabilem sufficientem ad culpam mortalem, ut ostendam infra in Defens. 3tio Decalogi præcepto q: art. 1. cum Sanchez in opere morali lib. 1. c. 4. num 12 cum Toletum. Secus dicendum est, si multa opera servilia diversis vicibus fiant eodem festo, ita ut simul sumpta perveniant ad quantitatem temporis notabilem; cum enim fiant eodem die, videntur moraliter continuari, consequenter integrant materiam notabilem et sufficientem ad peccatum mortale.

Colligo II do: illum non peccare mortaliter, qui die jejunii duo vel tres panes in multos distribuit, ita ut singulis desingat modicum fragmentum et parva materia non sufficiens ad mortalem jejunii fractionem. Ratio est, quia distribuens non magis peccat quam peccant comedentes; comedentes autem non peccant mortaliter ob parvitatem materiæ, quo non continuatur cum ea, quam alii sumunt. Ita Sanchez. = ob eam eandem rationem Card. asserit Bonacinna: Item arbitror, illum non peccare mortaliter, qui eodem die festo est in causa, ut multi serviliter laborent per unicam horæ quadrantem, vel per dimidiam horam.

Colligo III tio: jejunium perfingi ab eo, qui sæpius exiguum quid eodem jejunii die comedit, modo ea, quæ degustantur, efficiant simul continuantur in eodem die, et materiam constituunt notabilem de eo, qui diversis jejunii diebus pauca quædam comedit, velinta videtur a mortali, quia comestiones non continuantur, ita ut obligatio jejunii cesset lapsu dierum. Ita Sanchez, Vasquez, et alii communiter peccare, cum ita comedit intemperanter, ut illa comestio continuata cum præcedentibus sit causa notabilis infirmitatis, quamvis ultima comestio per se sumpta non esset causa sufficiens morbi.

Ratio est: quia præcedentes comestiones moraliter uniuntur non ratione temporis sed ratione effectus relicti a præcedentibus comestionibus, quæ sunt via et dispositio ad gravem corporis infirmitatem. Ita Vasquez, Clavis Regia, Sanchez, et alii communiter. Sec

Quæres 14. Quid dicendum est de illo, qui multa vota semel emittit pro eadem die cum proposito recitandi singulis votis unam orationem Angelicam, vel Salvem Reginam, aliquam aliam, seu postea singula vota prætermittit?

Respondeo illum, si vero die tantam quantitatem prætermittat notabilis censeatur, peccare mortaliter. Ratio est: quia violat

= ceptum Religionis

=ceptum Religionis in materia gravi; nam illa vota sunt tenes=
=dem rationis; et obligatio pro eodem tempore et virtute et praecepto re=
=ligionis: =. tum quia sicut qui magnam pecuniam summam alicui
diversis promissionibus pollicitus est, sed modicam in singulis promissio=
=nibus, reus efficitur culpae lethalis, si non stet promissis, quia fa=
=cit contra iustitiam in re gravi; ita peccat mortaliter, qui non ad=
=implet vota, quibus se obstrinxit ad materiam gravem pro eodem
die seu tempore; licet in singulis votis levem quantitatem promiserit.

Objicies. Qui pluribus diebus non recitat orationem Angelicam,
ad quam singulis diebus persolvendam aestrinxit se voto, non pec=
=cat mortaliter: ergo neque mortaliter peccat, qui plures orationes
Angelicas praetermittit, ad quas se pro tali die diversis votis obstrin=
=xit. Respondeo concesso Ante. nego cons. Patio disparitatis est:
quia in primo casu materia illa non coalescunt, nec consti=
=tuunt unam materiam simul et praecepto debitam eodem tempore
seu qualibet obligatio respicit certum tempus, et casu tempus
in cujus honorem fuit introducta, ut suppono fuerit dicta in praec=
=entibus et in tractatu devoto. In 2do vero casu materia coalescit,
et est debita pro eodem tempore, consequenter sufficiens est ad inferen=
=dam gravem culpam in delinquente.

Hinc habes, quomodo peccatum mortale fiat veniale, et econtra.
Verum reflectamus, utrum peccatum veniale ratione contemptus
et inobedientiae fieri mortale. Quapropter de hoc sit specialis
articulus.

Articulus III.

Quomodo peccatum veniale ratione contemptus transiit in mortale?

Nota I^mo: Contemptum specialem et inobedientiam specialem
ratione cujus veniale transit in mortale: non consistere in consue=
=tudine et frequentia peccandi; seu consistere in actu, quo formal=
=iter despicitur superior vel res praecepta, seu quo quis violat pra=
=eceptum, quia est praeceptum, aut quia non vult subjici praecepto vel
superiori praecipienti. Ita S. Thomas, Cajetanus, Vasquez, Salas,
Suarez, Zerola, Clavis regia, Sanchez, Lessius et alii. Verum
ut haec doctrina clarius intelligatur

Nota II. Contemptum duplicem esse, nempe materialem et formalem.
Contemptus materialis est, quando res aliqua aliis postponitur, quamvis
hoc directe non intendatur; et hoc pacto delinquentes contra praecepta,
appellari possunt contemptores Dei, Ecclesiae &c, quatenus peccantes fa=
=ciunt aliqua ratione creaturas, ad quas per peccatum convertuntur pre=
=ferunt Deo. Ita S. Thomas, Salas; Idem pariter, qui de proximo actualiter
dici potest proximum contemnere, qualtenus illum rebus postponit.
Formalis vero contemptus committitur, est, quando persona aliqua ex
directa intentione aliis postponitur, seu quando ex directa intentione ali=
=qua fit, ut aliter contemnatur, seu contemni creatur, ut contingit,
quando quis violat praeceptum, ut ipsum, vel rem praeceptam pariter
=dat. vel breviter Contemptus materialis est postpositio rei unius
vel plurium pro aliis absque directa intentione postponendi: v.g. quando
quis Petrum postponit Titio, non animo ita affectus ut Petrum velit
postponere Titio ita, quia aliquo modo ipsum irritat aut alio modo Titio post=
=ponit. Contemptus formalis est postpositio unius personae aut rei pro
aliis

aliis cum directa actuali intentione actu non unam aut personam pro aliis postponendi. vg quando quis ita animo affectus est ut actu velle alterum contemnere, ita, quemadmodum ipsum opere externo actuali contemnit, aut peius tractare.

Data III. Contemptum actus duplicem esse, nempe Legislatoris, seu praecipientis, et aliter rei praecepta. Ita Suarez docet, et alii. Filliucius vero, Lessius, et alii addunt tertium membrum contemptus, nempe praecepti seu legis. Quamquam haec tertius contemptus non proprie constituere videtur tertium contemptum distinctum a reliquis duobus, ut bene docet idem Suarez: nam praeceptum contemnitur vel per ordinem ad Legislatorem, et sic dici potest contemptus Legislatoris seu superioris, vel contemnitur per ordinem ad rem praeceptam, quia parvipenditur res praecepta, et sic revocatur ad contemptum rei praeceptae.

His praenotatis

Quaeres 1°. An contemptus rei praeceptae praecise, vel Legislatoris, sit peccatum mortale?

Respondeo: formalis contemptus rei praeceptae praecise in re gravi, vel Legislatoris, sive ille sit Deus, sive Praelatus homo, semper est peccatum mortale; si formalis contemptus rei praeceptae materiae est in re levi et parva, est tantummodo veniale peccatum; et similiter contingere esse peccatum veniale, si superior non quia superior seu quia talis aut homo ~~habens~~ ob defectum sensus aut ob infirmitatem sibi suae contemnatur in re levi.

Patio 1ma partis est: Quia gravitas materiae est unum de requisitis ad peccatum constituendum mortale: ergo contemptus formalis rei gravis seu materiae gravis praeceptae praecise quia praecepta est peccatum mortale, [illegible] patribus. = Item quia gravitas materiae praeceptae notabilis semper obligat sub mortali, nisi contrarium constet de mente Legislatoris; ergo contemptus formalis talis materiae praeceptae praecise quia praecepta, est peccatum mortale. = Item quia actus humani interni specificantur a fine et actum ab objectis ita, ut sint eiusdem speciei, cuius sunt finis et objecta, seu fidis et objecta ratione gravitatis notabilis materiae suae, si sint mala, sunt mala mortaliter; ergo et contemptus formalis materiae gravis praeceptae quia praecepta est mortalis, cum contemptus formalis sit actus huiusmodi, et gravitas materiae praeceptae sit objectum, circa quod quia contemnendum versatur contemptus: ergo ratione illius contemptus formalis est peccaminosus mortaliter.

Patio 2da partis est Quia contemnere Deum directe est peccatum irreverentiae mortale, est indigna aestimatio de Deo contra reverentiam Deo habendam, etiamsi res, ratione cuius Deus contemnitur, sit parva et modica. Ita Valentia, et alii statim citandi.

Patio 3tia partis est. Quia contemnere Praelatum quia Superiorem, et illius potestatem vilipendere, est contemnere Deum ipsum ~~eaquae~~ Praelatus quia superior vices gerit Dei, juxta illud Luc 10. Dei vos spernit, spernit, inquit Deo, quia Praelatus superior vices gerit Dei.

Patio 4ta partis est:

Ratio 1ma partis est: Quia parvitas materiæ excusat a mor-
=tali, ut toties jam dictum: igitur contemptus formalis rei præcepta
præcisa qua præcepta seu interim exiguæ levis et parvi momenti est
peccatum tantummodo veniale; bisi contemptus in re seu ma-
teria levi vitietur ratione finis aut circumstantiæ gravis, ut vg si
res parva contemnatur, seu interim cum intentione injuriam inferen-
di Legislatori, vel si res parva contemnatur cum aliquo errore contra
fidem, ut si quis levem transgressionem contemnat, putans illam non
esse dignam pœna; hæc peccata jam non venialiter seu mortalia
sunt non ratione parvitatis materiæ, seu ratione finis et circumstan-
=tiæ, quia finis bonum peccatorum seu circumstantiæ sunt graves:
nam injuriam inferre Superiori, aut errare contra fidem, sunt
peccata per se mortalia, quæ habent rationem circumstantiæ respec-
=tive. contemptus formalis in materia parva: igitur contemptus for-
=malis, si vitiatur ratione finis aut circumstantiæ mortalis formal
=talis contemptus est peccatum mortale non per se seu ratione cir-
=cumstantiæ ~~seu~~ et finis.

Ratio 2da partis est: Quia contemnere hominem qua hominem
Dei motivo vg et effectus ejus aut imprudentia, aut infirmitatis ejus
in re seu materia levi et parvi momenti, est tantum peccatum
veniale, dummodo id non sit in materia gravi: ergo potest Su-
=periorem qua hominem non qua Superiorem contemnere in re
levi vg ob prædictis motivis, consequens esse peccatum veniale, et-
=iamsi contemptus iste sit conjunctus cum aliqua indignatione,
modo indignatio non sit mortalis, et contemptus iste non sit
in materia gravi. Ita Sanchez, Lessius, Suarez, Valentia, et alii. Item

Sequitur I no: illum graviter peccare, qui dicit, se nolle non
aliquam gravem præstare, quia talem Superior præcipit: ratio est
quia talis habet contemptum formalem Superioris, modo Superi-
=or, qui contemnitur, habet veram præcipiendi potestatem. Etiam
si Superior est non habens veram præcipiendi potestatem, talis po-
=tius qua quidam homo non vero qua Superior contemnitur, si ab
inferioribus contemnitur; hinc Inferiores talem suum Superiorem
sibi contemnentes excusantur a mortali vg Clerici Seminarii vel
alionem Collegiorum, qui de quoram suorum professorum contemp-
=tu nolunt ipsis obedientiam præstare.

Sequitur II do: illum s. per se loquendo. s. venialiter tantummodo pec-
=care, qui in re aliqua parva aliquam animi amaritudinem, seu
indignationem non vult consolari Superiorem; ratio est, quia aliud
est formaliter nolle obedire seu formaliter contemnere Superiorem,
et aliud est, nolle aliquid facere, ne Superiorem ea in re solatio afficiat.
Hoc tamen restrictive limitandum est: primo, modo hujus indignationis
seu amaritudinis non detur contemptus potestatis seu Superioris etia-
=m circa minima, alioquin censibitur contemptus formalis Superio-
=ris; secundo, modo non sit actualis affectus non obediendi in materia
gravi. Ita Lessius, Sanchez, Suarez, Salas, et alii.

Sequitur III. peccatum mortale contemptus non solum reperiri
posse in re debita sub mortali, venum etiam in re debita solum sub ve-
=niali, aut etiam ex solo consilio; quia fieri potest, ut Deus vel Su-
=perior contemnatur etiam in materia levi; contemptus autem

Dei aut Superioris

Dei aut superioris, aut superior est, continet culpam gravem: ergo peccatum mortale contemptus non solum reperiri potest in re debita sub mortali, venem etiam in re debita solum sub veniali, aut etiam ex solo consilio. Ita exponit Suarez, Sanchez, Laymann de transgressione regule per contemptum, et alii apud Salas, et apud Navarrum, et etiam

Sequitur IV. Illum, qui frequenter et ex consuetudine aliquod peccata venialia committit, non peccare mortaliter et hoc capite probatur se. Patet est: tum quia consuetudo non est contemptus, contemptus enim per se consistit in uno actu; consuetudo autem connotat multiplicitatem actuum, et per se solum auget extensive numerum peccatorum venialium, si consuetudo sit venialium: = tum quia sequitur, habentem consuetudinem posse mentiendi in materia levi, aut posse loquendi, graviter peccare, quod non videtur admittendum. Ita Suarez, Sanchez, Valentia, Filliutius, et alii doctores citati contra Panormitanum, Gabrielem et alios apud Salas.

Sequitur V. Contemptum esse peccatum veniale, si contemptus sit in materia levi, et superioris non qua superioris, sed quod homo est, aut habens aliquem defectum, vel quem contemnitur leviter. Secus si contemptus sit in materia levi, et exsurgatur circa Deum, aut superiorem qua superiorem, nam contemptus iste non venialis est sed mortalis, quia contemnere Deum, aut superiorem qua superiorem etiam in materia levi, est grave culpa: ergo contemptus in re levi est per se venialis, si ratione circumstantie est mortalis, quatenus est circa Deum aut superiorem qua superiorem.

Explicandum est: contemptum formalem explicandum esse in confessione. Patet est, quia notam speciem malitie actui addit. Unde qui ex contemptu superioris non accessit ad eum jussum praeceptum superioris, non satisfacit in confessione dicendo, se ad eum non accessisse, sed contemptum aperire tenetur, cum talis omissio adjunctam habeat malitiam irreverentie contra superiorem. Ita innuit Suarez, Sanchez, Vasquez, Valentia, et alii communiter.

Dissertatio IV.

De Distinctione peccatorum numerica.

Ut in clariorem notitiam differentiarum peccatorum mortalium et venialium singillatim aut comparative ad invicem considerandum deveniamus, quae breviter in praecedenti Dissertatione 3. q. 2. a. 2. exponimus; paulo diligentius et fusius per tractationem distinctiones eorundem tum numericas tum specificas oportet discutere, quem distinguit et differre peccata inter se. Id vero praestabimus in praesenti, sequenti et sat subsequenti dissertatione, quae est 6. In praesenti interim sit de distinctione numerica peccatorum. Sit itaque

Quaestio I.

De Peccatorum disconnexione, inaequalitate et gravitate.

Articulus I.

An omnia peccata sint inter se connexa?

Articulus I.

An omnia peccata sint inter se connexa?

Huic titulo quasiti occasionem dare videtur textus Jacobi c. 2. Quicunque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Et sane quidem hoc textus sensu, peccata omnia esse connexa videntur. Verum ut dubiis circa hunc textum, qui aliquin pro objectione esset, viam praecludamus, responsio nostra ad quaestionem in sensum dubium circa hunc textum statuendum et responsio ad objectionem sensum super textus sat clare explicabit. Sit itaque

Quaestio: An omnia peccata sint inter se connexa?

Respondeo: Non omnia peccata sunt inter se connexa quoad speciem; sunt tamen connexa quoad modum et colligationem, quam habent inter se; et sic dici possunt connexa. Ita communiter.

Ratio 1mo partis est: Quia violatione unius praecepti non violantur alia praecepta; id ipsum patet ex c. 2. Jacobi. Quoniam si non machaberis, occidas autem, factus es transgressor legis transgressor, hinc colligitur, unum peccatum per se committi sine alio; ergo peccata inter se non sunt connexa, alioquin violatione unius praecepti violarentur omnia, cum peccata consistant in violatione praeceptorum. = Tum quia multa peccata sunt inter se opposita, ut patet in peccatis, quae eidem virtuti extreme opponuntur, ut est v.g. peccatum gulae, et nimia abstinentia; peccatum prodigalitatis, et nimia avaritia etc., quorum unum est per excessum, et alterum dici potest per defectum, nam prodigalitas plus dat, quam debeat, avarus minus dat, quam debet. = Tum quia id nullo modo se non est, ut peccata sint inter se connexa aut quoad speciem positivam, aut quoad oppositionem privativam; non quoad speciem positivam, quia quodlibet peccatum habet suam determinatam speciem, et in illa specie distinctum actum, et sic actus furandi non est actus homicidii: non quoad oppositionem privativam, quia furto opponitur res aliena, quae ex justitia rapi non debet, et homicidio vita proximi; ergo peccata quae speciem positivam et per oppositionem privativam non sunt omnia inter se connexa. = Tum quia contraria non possunt simul connecti; sed sunt multa peccata, quae sunt omnino contraria, ut avaritia et prodigalitas; ergo peccata quoad oppositionem suam contrariam non sunt connexa, quia se mutuo tollunt. = Tum quia peccator intendit committere peccata sub ratione boni appetibilis; sed bona appetibilia non sunt inter se connexa, cum bonum appetibile delectationis, quod est in luxuria, non sit in homicidio, eo quod bonum delectabile in homicidio sit vindicta; porro delectatio et vindicta non sunt connexa: ergo neque peccata omnia sunt inter se connexa.

Ratio 2da partis est: Quia modus, ratione cujus dicimus peccata esse connexa, est triplex; 1mus datur in uno peccato, sunt multae deformitates, ut in adulterio est alia deformitas contra justitiam, alia contra castitatem; 2dus quando contingit, quod omnes actus peccati sint contra diversa praecepta, aut v.g. in religioso fornicatio

est contra decem

est contra decem præcepta, contra religionem, contra emissum votum castitatis; 3pius est, cum unum peccatum ad alia trahit et disponit, ut v.g. rebellio ad homicidium, ad luxuriam &c. et in hoc sensu etiam Patres intelligendi sunt, dum asserunt, peccata esse inter se connexa. porro bis modis patet, peccata inter se habere colligationem et connexionem, ergo peccata ratione modi sunt inter se connexa.

Objicies

Objicies Jacobi 2. c. dicitur. Quicunque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus: ergo peccata sunt inter se connexa necessario, et violatione unius præcepti censentur violari omnia; aliquin offendens in uno, non fieret omnium reus.

Respondeo Amo. Explico, factus est omnium reus quoad aversionem, quatenus mortaliter peccans, simpliciter avertit se a Deo, sic concedo. quoad conversionem nego. nam conversio diversa est in diversis peccatis; etenim res, ad quas nos convertimus peccando, sunt diversæ, ut in furto res aliena, in ambitione honor, in avaritia pecunia: ergo homo transgrediens legem, non est reus omnium præceptorum quoad conversionem.

Respondeo 2do: Explico cum S. Augustino epist. 29 ad S. Hieronimum, hunc locum intelligente de peccato mortali, quatenus cum gratia et charitate comparatur ita, ut sensus sit, eum, qui in uno offendit, sit omnium reus q. præceptorum, ratione finis convenit, qui est adimplitio legis, perfectivus enim legis est dilectio, qui finis generalis omnium legum est, sic concedo. nam gratia et charitas per transgressionem unius legis destruitur, nec ad id requiritur transgressio omnium. = eum, qui in uno offendit, sit omnium reus ratione transgressionis actualis, nego. nam qui unam legem transgreditur, culpam habet respectu illius legis, quam actu transgreditur, non vero respectu aliarum, quas actu non transgreditur.

Respondeo 3. Explico factus est omnium reus dispositive, quo unus per unum peccatum, in quod incidit, dispositus est incidere in alium, et rursus in alium, et sic omnium reus existere, sic concedo. factus est omnium reus, formaliter et actu, quasi transgrediendo unam legem actu et formaliter hoc ipso etiam actualiter formaliter transgrederetur omnes et singulas leges, sic nego. nam hoc impossibile est, cum homo agendo actu contra unam legem non possit agere contra omnes et singulas leges actu, cum quilibet ex habeat speciale actum humanum circa se.

Respondeo 4to. Explico cum nostro Donatino: factus est omnium reus quoad pœnam damni, quæ consistit in privatione visionis beatificæ, nam qui offendit Deum in uno peccato mortali, ita carebit visione beatifica, ac qui Deum in multis offendit: sic concedo. factus est omnium reus quoad reatum culpæ, sic nego. nam qui transgreditur unam legem tantum, illius habet culpam tantum, non autem aliarum, quas non transgreditur. Hinc

Infero pœnam damni in damnatis diei posse æqualem, quia

non minus unus

non minus unus quam alter caret visione beatifica Dei, quamquam unus ex pluribus titulis illa carere possit quam alter. Ita Scotus, Durandus, Valentia, Vasquez et alii citati Doctores.

30

Articulus II.

An omnia peccata sint inter se æqualia et paria?

Nota Antiquum Stoicorum circa id fuisse errorem, qui dicebant, inter peccata nullum esse discrimen, seu omnia esse paria. Fundamentum autem illorum fuit, quia peccatum consistit in privatione rectitudinis, seu privatio consistit in indivisibili, siquidem privatio tollit totam rei perfectionem, et nihil relinquit, ergo peccata sunt paria. Et hanc Stoicorum haresim sequitur sibi Paradoxo Jovinianus, ut constat ex D. Augustino epist. 29. Hinc

Quæres: An omnia peccata sint inter se æqualia et paria?

Respondeo Non omnia peccata esse æqualia inter se et paria.

Patio Antiquæ rationes probativæ damnus, prout tamen aliqua earum S. Doctore Thoma, nempe

Dupliciter esse privationem, quia quædam est, quæ consistit quasi in corruptum esse, hoc est, privatio simpliciter, quæ tollit totam rectitudinem inesse, sic vg mortem est privatio vitæ, quia mors nihil relinquit in eo subjecto, in quo est, et sic tenebræ sunt privatio luminis. Quædam vero privatio est non simplex seu aliquid tenens de habito oppositio, et hoc magis in corrumpi, quam in corruptum esse consistit: sic vg ægritudo corporis est privatio distemperans commensurationem sanitatis, in quo est, et ritas animalis, seu non privat vita. Privatio primigenii: quia nihil forma oppositæ relinquit in subjecto: non recipit inæqualitatem, neque constituit peccatum, ut volebant Stoici; seu privatio digerentis, quæ penitus non tollit formam oppositam, seu aliquid ex ea relinquit, constituit peccatum, et recipit inæqualitatem, eo quod admittat magis et minus: igitur peccata sunt dicenda privationum digerentes inæqualia.

Alia probatio

Patio probativa est nostra responsionis. Quia peccata formaliter consistunt in privatione, seu privatio debitæ rectitudinis et perfectionis virtutis non est eadem seu diversa et inæqualis, eo quod privatio una alia sit deterior, quo virtus una alia est perfectior: ergo et peccata non sunt omnia inter se æqualia et paria. — Item quia in qualibet specie peccati mortalis dantur gradus, qui inæqualitatem significant, sic vg in specie homicidii majus est peccatum, patrem occidere, quam simplicem hominem, in specie furti majus est peccatum tollere mille aureos quam centum: ergo peccata non omnia inter se sunt æqualia et paria. — Item quia Aristoteles lib. 4. Eth. c. 8. dicit: Non datur summum aut primum malum, quia alias seipsum destrueret, sed datur magis aut minus et sic voluntas talem actum non posset exercere, eo quod voluntas intendat malum qua bonum, seu non posset

non posset illud ita intendere, si malum esset carens omni spe-
cie mali, et sic actus malus non daretur: ergo cum voluntas malum
sub ratione boni intendat, et circa illud actus exercet, ipsum et cum
malum non sit summum neque primum malum, consequenter pec-
cata, quae utique sunt mala, sunt mala majora aut minora, et
sic inaequalia. = Et haec ratio Aristotelica est genuina mentum
hujus nostrae rationis, quam damus, nempe quia peccatum non
privat simpliciter tota rectitudine, sed tantum secundum quos-
dam gradus nunc magis nunc minus; unde ex qui centum puratis
non est dicendus, quod mille abstulerit, neque qui occidit hominem
dicendus est et ostimondus, quod fratrem occidens; quia peccatum
mortale licet includat in se privationem virtutis oppositae, tamen
non includit totam privationem, et consequenter totam gravitatem
quae posset esse in alio peccato. = Tum quia aliqua pec-
cata sunt cum majori voluntate, advertentia, vel cum majori
affectu, quam alia; sic peccata, quae fiunt cum majori voluntate
et advertentia, vel cum majori affectu, graviora sunt aliis; ergo
peccata non omnia sunt aequalia et paria. = Tum quia
peccatum eo gravius est, quo praestantior est virtus cui opponitur,
vel perfectio, quia privat, peccatum enim specificatur per virtutes
et perfectiones oppositas; omnes autem virtutes, quibus peccata
opponuntur, et perfectiones, quibus privant, non sunt aequales
sed una altera est praestantior; praestantior enim est charitas,
quam temperantia; tum quia Christus Pilato dixit: Qui me
tradidit tibi, majus peccatum habet: ergo peccata non omnia
sunt paria, sed unum alio est majus. =
Tum quia inaequalitatem peccatorum colligimus ex Scriptu-
ris, et sic Thren. 4. Major facta est iniquitas filiae populi
mei peccato Sodomorum. Et Jerem. 4. Pejus operati sunt quam
Patres eorum. Joan. 9. Qui me tibi tradidit, majus habet peccatum
Haec enim peccata loquuntur de peccatis comparando ea inter se
secundum magis et minus: et sic innuunt nobis inaequalitatem
peccatorum: ergo peccata non omnia sunt inter se aequalia
et paria.
Tum quia pro peccatis inaequalibus poenae decernuntur. Et sic
Deutero: 25. Pro mensura peccati erit et plagarum modus.
Tum quia debitum vitae aeternae est inaequalis, ut ait Scrip-
tura, In domo Patris mei multae mansiones. Et sicut Stella
a Stella differt claritate, sic erit in resurrectione: ergo pec-
cata non aequalia sunt.

Objicies Imo: Quodlibet peccatum mortale est in infinitum;
sed infinitum altero infinito non est majus: ergo nequit pec-
catum unum altero esse majus; consequenter peccata non sunt
inaequalia.

Respondeo dist. Major. est in infinitum

Respondeo: dist: Mayo: est in finitum ~~intrinsece et extrinsece et est aversio a Deo, et sic intrinsece malitiam infinitam includens~~ est infinitum extrinsece terminative, objective, et quatenus est aversio a Deo, et sic in hoc sensu malitiam infinitam includens contendo Mayo: est infinitum intrinsece, aut extrinsece objective in hoc sensu, quatenus extrinsece est conversio ad creaturam, et quatenus est privatio virtutis oppositae, virtus enim et creatura in se sunt quid finitum: sic nego Mayo. Etiam peccatum et sua natura quatenus et per se non est infinitum, sed est infinitum extrinsece, quatenus est contra Deum qui est infinitus. dist: min: sic infinitum altero infinito non est majus ratione termini, aque pariter infinito sunt aversio contendo min ratione termini ad quem ~~finitum~~ ad quem sunt conversio nego min dist. consq: ergo neque peccatum unum finitum altero erit majus ratione termini pariter infiniti, aque peccata talia avertunt codem ratione termini finiti ad quem ad quem peccata sunt conversio nego consq. Explicatio extremi patet.

Corolarium IIdo: Peccatum consistit in privatione; sed una privatio altera non est major; nam in naturalibus, cum mors sit privatio vitae, unus non magis moritur, quam alter: ergo neque peccatum unum alio est majus. consequenter peccata sunt aequalia.

Respondeo dist: Mayo: peccatum consistit in privatione pure absolute et simpliciter considerata nego Mayo: consistit in privatione respectiva, quae est per ordinem ad perfectionem, cujus est privatio concedo Mayo: dist: min: sic una privatio pure absolute et simpliciter considerata altera non est major, concedo min: sic una privatio respectiva altera pariter respectiva non est major nego min et consequent:

Dato peccatum consistit in privatione non simpliciter absoluta, quae consistit in corruptum esse, et tollit omnem perfectionem et totam rectitudinem ad rectam rationem, sic consistit in privatione respectiva, quae recipit magis et minus; porro hoc est considerare absolute pure praecise a termino, quo magis aut minus privat, sic privatio una altera non est major, quia privatio quod magis aut minus privet, id non habet a se, sed a voluntate magis aut minus in contrarium rectitudinis rationis agente; ~~sicut~~ sicut ~~sicut~~ privatio respectiva et comparative considerata ordinem rationis considerat, sic una altera major est; quia una magis opponitur ~~rectitudini~~ rationi quam altera, cum magis rectitudine et perfectione privet una quam altera: igitur privatio una altera major est, si comparative consideretur, consequenter et peccatum, cumillud formaliter sumptum sit privatio debitae rectitudinis. = haec responsio est meo morte

Respondet noster Romanus. peccatum non solum consistere in privatione bonitatis rectum etiam in oppositione ad rectam rationem; cum autem non omnia peccata eandem habeant oppositionem cum recta ratione; potest enim aliquis affirmare fornicationem simplicem, vel furtum unius nummi habere tantam oppositionem cum recta ratione, quantam habet adulterium, vel furtum mille aureorum; sequitur, non omnia

peccata esse paria

peccata esse paria, seu unum esse magis alio. Praeterea privatio, in qua peccatum consistit, non est per se solum spuitanea, sed per ordinem ad perfectionem, cuius est privatio; cum autem alia sit perfectio, quia rerum peccatum privat, maior est alia, sequitur unum peccatum magis a se alio.

Advertendum hic hanc inaequalitatem peccatorum sumendam esse ex quantitate, quantitatem autem ex obiecto, aut circumstantiis aggravantibus, aut ex circumstantiis mutantibus speciem.

Ita quantitas est essentialis, qua convenit peccato secundum propriam essentiam abstractive consideratam ab omnibus accidentibus, ut cum homicidium cum furto quoad essentiam confertur, et ex eo gravitas colligitur. Haec quantitas sumitur ex obiecto. Alia quantitas est intensionis vel remissionis, in quantum intra eandem speciem peccati unum alterius dicitur esse gravius; ut vg furtum centum aureorum magis est eo, quod est solum decem. Et haec quantitas sumitur ex circumstantiis non dantibus novam speciem peccato, sed solum aggravantibus peccatum intra eandem speciem secundum diversos modos, vg ex advertentia intellectus, et conatu voluntatis. Tria quantitas est multiplicis deformitatis in uno peccato, in quantum in uno peccato diversorum peccatorum deformitates concurrunt, ut vg in eodem furto homicidium adulterium. Et haec quantitas sumitur ex circumstantiis variantibus seu mutantibus speciem peccati, id est accidentibus novam speciem malitiae seu deformitatis peccato: ut vg peccatum homicidii et circumstantia, quod clerici sit occisus, sacrilegii speciem assumit.

Hinc facile de gravitate peccatorum

Quaes. 3. An gravitas peccatorum ex obiectis, aut ex circumstantiis desumatur?

Respondeo causa principalis gravitatis peccatorum desumitur ex obiectis; tum etiam gravitas peccatorum desumitur ex oppositis virtutibus quia praestantioribus, ita ut quo praestantiores sunt virtutes, quibus opponuntur, sint graviora.

Ratio probativa est: Quia species peccatorum, ut iam probatum est, ex obiectis sumitur; ergo et gravitas peccatorum ex obiectis est sumenda; ut vg quanto obiectum fuerit perfectius, circa quod versatur peccatum, tanto malitia peccati sit mala.

Tum quia fines sunt obiecta actionum humanarum, seu actiones humanae tunc sunt virtutes, quando eas intellectus ordinat ad fines debitos, et tunc sunt peccata, quando illas intellectus ordinat a fine: ergo illud peccatum erit gravius, quod ab altiori fine deordinabit; consequenter gravitas sumitur ex fine nempe obiectivo, et sic per consequens ex obiecto.

Declaratur hoc exemplis: Datur res inferiores ordinantes ad hominem, homo ordinatur ad Deum; et sic auferre res externas est gravius peccatum, auferre vitam homini est gravius, et auferre honorem Deo per blasphemiam peccatum, est peccatum gravissimum. Item illud peccatum constatur magis malum obiective, quod opponitur bono seu

oppponitur bono seu fini prestantiori; sic vita hominis
est bonum prestantius quam res externa, et Deus est bonum
prestantissimum omnium: ergo gravius est auferre vitam ho=
=minis, quam res humanas; et gravissimum peccatum est, auferre
honorem Deo. = Hinc etiam patet ratio differentie in gravitate
peccatorum mortalium, quomodo gravitas venialis peccati mortalis
differat a gravitate alterius peccati mortalis.

Ratio 2da partis est: Quia Aristoteles lib. 8. Ethic. ait: Vir=
=tuti autem est contrarium: ergo si obiectum virtutis est maxi=
=me bonitatis, vitium illi oppositum erit maxime malitie; con=
=sequenter gravitas peccati elementaris erit ex oppositis virtutibus.

Advertite hic. Pro discernenda gravitate alicuius peccati
=tionem adinvicem comparare sumptionem, sane regulariter pro
oculis habendam esse, dempe si cetera ad sint paria, manifestum
etiam in naturalibus est manifestum; Etenim tanto est preston=
=tius argento sic ceteris paribus, nempe si fuerit in equali quanti=
=tate; quam si argentum in ingnium plenius excresat, quam sit
aurum, tanto plurius estimabitur argentum: ita peccatum blasphe=
=mie est magis quam homicidii ut pote in morte Filii Dei, in tantum
excresat, ut excludat blasphemiam.

Objicies. Furtum non est gravius peccatum peccato fornica=
=cationis; cum furtum fornicationis obiectum sit propium corpus,
quod inquinatur, furti autem obiectum est res externa, corpus
autem est prestantius obiectum re externa: ergo furtum sic
non est gravius peccatum peccato fornicationis: sed si gravi=
=tas peccati desumenda esset ex virtute opposita, hinc furtum
gravius esset, quia pestitie opponitur, quam fornicatio, quia
temperantie opponitur; Hoc porro implicat contradictionem,
eadem idem peccatum, quod esset gravius, esset etiam non gravius:
ergo gravitas peccatorum non desumitur ex oppositis virtutibus.

Respondeo nr erremus in comparando, hoc semper in compar=
=atione vitiorum ad virtutem bonorum esse, nempe, ut maxi=
=mum maxime, minimum minime, mediocre mediocri, infimum infimo comparetur.
Hinc peccatum impietatis, inquantum directe opponitur inter=
=tui Reipublice, superat peccatum intemperantie, licet pecca=
=tum intemperantie sit peccatum contra naturam; sed si mediocre
=re cum mediocri comparetur, ut ablationem rei alicui cum inquina=
=tione proprii corporis, sic fornicatio est peccatum gravius quam
furtum.

Ad hoc articulo, et precipue a Quares 3 fluit articulus sequens. sit

Articulus III.

An peccatum in prioris speciei ita crescere possit, ut per=
=veniat ad malitiam peccati superioris speciei? = Et quibus
potissimum capitibus seu circumstantiis peccatum ita crescere
possit, ut gravius et ceterius fiat? = Et an circumstantia,
ut novam addat actui malitiam, debeat expresse intendi?

Procede huc, adverte, supra positum ante Quares 2a, et ipsum
Quares 3a, et quamdam ex latim facilitatem percipiendi ha=

=bebis

= bebis Doctrinas presentis Articuli et Iudicem pro primo huius Articuli sit

Quares 1. An peccatum inferioris speciei ita crescere possit, ut perveniat ad malitiam peccati superioris speciei? Ut eg an peccatum furti, quod est inferioris speciei respectu peccati fornicationis vel homicidii, ita possit augeri, ut aequet, aut superet gravitatem fornicationis vel homicidii, quae sunt peccata altioris speciei?

Pro solutione Notandum est: peccatum dupliciter considerari posse: 1mo secundum rationem propriam specificam: 2do secundum latitudinem et entitativam, et secundum circumstantias adiunctas.

Respondeo: Si peccatum consideretur secundum rationem specificam peccati, non potest peccatum inferioris ordinis aequare, vel superare malitiam altioris et superioris ordinis; si peccatum consideretur secundum latitudinem entitativam et circumstantias adiunctas, sic peccatum inferioris malitiae ita crescere potest, ut aequet, vel superet peccatum superioris malitiae.

Ratio 1ma partis est: quia species unius peccati nullatenus potest esse species alterius peccati; sic eg species furti nullatenus potest esse species fornicationis, cum furtum formaliter nullatenus constituatur per speciem fornicationis, neque species fornicationis ullatenus constituitur per speciem furti; cum furtum nullatenus est fornicatio, nec fornicatio est furtum: ergo Tum quia hoc videmus etiam in rebus naturalibus, et non solum in moralibus: nam argentum, licet eum magna diligentia purgetur, numquam habeant essentias essentialiter diversas: ergo peccatum considerandum secundum rationem specificam inferioris speciei non potest aequare vel superare malitiam altioris et superioris ordinis.

Ratio 2da partis est: Quia potest quis in tanta quantitate furari, ut ipsius furti malitia superet malitiam fornicationis, fornicationis. Et ideo circo sumpiens pecuniam totius communitatis gravius peccare dicitur, quam qui occidit hominem privatum; et qui furatur 100 aureos, gravius peccare dicitur, quam qui dolose aliquem percutit: Ratio hujus est, quia haec peccata quoad latitudinem entitativam ita crescere possunt, ut superent malitiam peccati superioris speciei, sicut argentum licet minus accipi potest argentum in tanta quantitate, ut superet valorem auri: ergo peccatum considerandum secundum latitudinem entitativam, et circumstantias adiunctas etc. Ita Azorius, Valentia D. Thomas, Vasquez, et alii scilicet.

Nota 1mo circumstantiam tribus modis aggravare peccatum: 1mo quando circumstantia ex una specie transfert peccatum in aliam; ut eg furari rem alienam est peccatum furti gravis, furari eandem rem sacro applicatam est peccatum gravius;

quia circumstantia loci

quia circumstantia loci sacri addit eidem furto novam speciem malitiæ ~~rem~~ nempe sacrilegii. 2do: quando circumstantia non quidem trahit peccatum in novam speciem, sed interim illud in tantam speciem auget et aggravat secundum multiplices rationes; ut vg si prodigus ~~frequentius~~ det quamvis non debet et cui non debet, est gravius peccatum, ~~quamvis sit eadem~~ sicut ægritudo est gravior, quæ multas corporis partes infirmat. 3tio circumstantia aggravat peccatum ex eo quod augeat deformitatem peccati; ut vg quod quis non solum rem alienam rapiat, sed quod eandem etiam in magno quantitate auferat. = Verum hæc circumstantia reduci potest ad 2dam.

Nota II do: Circumstantias posse et veniali mortale: sicut vg auferre tres grossos, est veniale; auferre vero 100, est mortale. Et inter mortalia alia aliis ratione circumstantiarum esse graviora et majora: et sic auferre 100 grave est peccatum, auferre 1000, longe est gravius, et sic per consequens. Et hi modi sic tales in confessione sunt exprimendi. = His præmissis, sit

Quæst. 5. Et quibus capitibus seu circumstantiis peccatum ita crescere possit, ut gravius et deterius fiat?

Respondeo ex sequentibus crescere potest: = 1mo ex majori affectu et conatu peccantis: 2do ex scientia et cognitione peccati: 3tio: ex conditione personæ peccantis, dum ea in gravi peccatur. 4to ex majori damno, quod infertur. 5to ex pejori fine. 6to ratione scandali et minoris alienius? 7mo ex circumstantiis?

Ratio 1mi quod nempe ex affectu et conatu majori peccantis peccatum ita crescere possit, ut gravius et deterius fiat.

= Id ideo, quia peccatum eo gravius est, quo magis voluntas hominis propendet ad peccandum, sed voluntas ad peccandum magis propendet ex majori affectu et conatu ad peccandum: ergo peccatum ex majori affectu et conatu voluntatis ita crescere potest, ut gravius et deterius fiat. = Item quia ~~nemo~~ peccatum odii illius gravius est, qui alterum majori et intensiori conatu odio prosequitur, quam ejus, qui conatu minori et levior: ergo peccatum ex majori affectu et conatu peccantis ita crescere potest, ut gravius et deterius fiat.

Nota hic, hanc circumstantiam peccati non esse necessario aperiendam in confessione, nisi peccatum esset enormiter grave: vg ut si quis hominem ut deum amaret.

2di quod peccatum ex scientia et cognitione sui in peccante sit gravius et deterius. **Ratio est**: quia quo major est cognitio peccati, eo magis est peccatum voluntarium, in suppositione quod voluntas in illud feratur. = Item quia ignorantia, quæ numeratur inter causas peccatorum, si est probabilis et invincibilis, penitus excusat a peccato, eo quod sit carentia omnimoda scientiæ debitæ circa peccatum; ergo quo major est cognitio et scientia in peccante circa peccatum, et voluntas semper in illud fertur et illud operatur, tale peccatum ex scientia et cognitione sui est magis et gravius peccatum.

Hinc patet dictum

Hinc patet, eum gravius peccare, qui scienter et sponte peccat, quam qui eum ignorantia et infirmitate peccat: consequenter Religiosus gravius peccati cæteris paribus, quam Sæcularis non habens ita perfectam cognitionem peccati, sicut Religiosus habet.

3tio Quod peccatum ex conditione personæ peccantis, aut in quam peccatur, ita crescere possit, ut gravius et detestabilius fiat. Tota hæc: quod quemadmodum ex objecto et fine species peccati sumatur, ita et gravitas ex personis sumenda est, ut quanto persona erit major, in quam peccatur, tanto peccatum in illam commissum sit gravius. Personæ autem tres numerantur, nempe Deus, homo, et Proximus. = Porro magnitudo personarum consecrandæ est pulsa vitæ rationem suscepturum ab iisdem, ob quam eidem sanctitate præfulgere debent, ut ex Sacerdotes, Religiosi, Episcopi. Hinc ~~Hinc~~ præcipuum ob debitæ rationem suscepturam sanctitatem præfulgere debent. Hinc

Nota 2do. Peccatum non ex surreptione debitæ scientiæ, id est non ex ignorantia et infirmitate patratum, sed ex deliberatione malitiæ et contemptus commissum aggravari. Ratio tum pars est: quia istiusmodi peccata, quæ fiunt ratione ignorantiæ, aut infirmitatis, non procedunt ex negligentia; nec ea subterfugere potest infirmitas humana, eo quod sit difficilior resistentia. Ratio 2da pars est: Quia iste personæ sunt, sacerdotes, Episcopi, scientia excellunt alios et virtute, ergo facilius resistere possunt; consequenter peccata ab eis patrata graviora sunt, quam ea ab eo patrata, qui tanto non pollet scientia circa peccata. = 2do peccata a talibus personis patrata graviora sunt propter contemptum ingratitudinem, eo quod ei malitiose bene fecerint, quibus tales personæ sunt obligatæ, habeant multiplicem obligationem ad vitanda peccata. 3tio Tum quia sunt quædam peccata, quæ personæ in dignitate constitutæ repugnant, ut ex fornicatio Sacerdoti, qui castitatem vovit; injustitia in ~~ea~~ ei, qui jus suum unicuique reddere debet. 4to: Tum quia inferiores peccata superiorum scientes, indigne ea ferunt, et exemplum vitæ his prænotatis.

Ratio probativa 3tiesty Quia astrictus voto castitatis, aut vinculo matrimonii gravius peccat, feminam carnaliter cognoscendo, quam solutus et liber a vinculo voti et matrimonii; quia conditio talis personæ est longe gravior ~~quam~~ ei voti et vinculi, quam conditio status personæ solutæ et liberæ. Et sic etiam gravius peccat in personam, qui Clericum, aut superiorem percutit, quam qui laicum percutit, aut alium, cui nullam obedientiam et reverentiam prælatare tenetur. = Et sic Imo peccatum contra Deum est omnium maximum, quia Dei dignitas læditur, quæ est summe eminentissima. 2do: gravius etiam peccatum est, quod committitur in personam Deo consecratam per votum aut per gratiam sanctificantem, quam si peccatur committatur in personam simplicem; ratio est quia Scriptura Deus ait, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. 3tio gravius est etiam peccatum, quod committitur in personam sibi naturaliter necessitate conjunctam, ut in parentes, fratres, quam si committatur in aliam personam

sibi taliter non

sibi taliter non competitam. 4to tanto gravius peccatum esse ex parte proximi, quanto peccatum plures tangit; sic vg De-gis offensa in damnum plurium redundat. 5to Gravius est peccatum se ipsum occidere, quam alterum occidere, quia bona naturalia et spiritualia, quibus se talis privat se ipsum occidendo, non subsunt dominio proprio sua voluntate, sicut subsunt pecunia libri, cum hoc in alterum transferri possint, non autem bona naturalia et spiritualia, subsunt ergo talia bona in homine circa dominio Dei, proinde gravius peccat.

4to Quod peccatum ratione damni, quod infertur, ita crescere possit, ut gravius et deterius fiat.

Patio est: quia gravius damnum infertur per furem per surreptionem 100 aureorum, quam per surreptionem 10 aureorum, ergo peccatum ratione damni, quod infertur, ita crescere potest, ut gravius et deterius fiat.

Advertit 1mo ibi Gravitatem nocumenti previsi et intenti, et pro-cedentium sequentis et peccato augere peccatum; ut vg cum quis furatur occidi, intendens alteri nocere. Patio hujus est: quia talis gravitas nocumenti et voluntate multum inclinata ad pec-candum procedit. = Si vero nocumentum est previsum, sed non intentum, tunc quantitas nocumenti indirecte aggravat peccatum. sic vg si quis ad furandum vadat, et compendio utitur, quod per ac-cidens consilium furti cedat, erit hoc nocumentum aggravans. Ratio est, quia per talem gradum procedit et motivo propensionis voluntatis ad peccandum.

Advertit 2do Si nocumentum neque est previsum, neque in-tentum, sed per accidens et peccato sequitur, tunc directe qui-dem tale nocumentum non aggravat peccatum, sed tamen propter negligentiam considerandi, quod subsecutum erat, homini ad peccatum imputatur, presertim si rei illicite dabat operam. Sic vg si sacerdos tendat arcum, et incaute sagittam emittat, quae hominem occidat, incurrit irregularitatem ob negligen-tiam et ob id, quia rei illicite dabat operam: nam ideo Clerici-cis bus chirurgia bella, armorum tractatio sunt prohibita, quod his periculum occisionis sit ad nexum. = Hinc est dubium, an ille, qui homicidium aliquod casuale committit, ita quod sit praeter suam intentionem et adhibita etiam omni diligentia, ne sequeretur, incurrat irregularitatem? Sylvester (sa) et sotus, quamvis respon-dent, si dabat operam rei illicite, et omnem diligentiam ad hibuit, ne homicidium sequeretur, tunc talem non incurrere irregularitatem; si vero dabat operam rei illicite, licet omnem diligentiam adhi-buerit, ne sequeretur homicidium casuale, irregularis est, si sic sequitur homicidium. Juidam, ut soto, stephens, castro, medina, respondent ~~[illegible]~~ sufficientius, talem ex eo quod dabat operam rei illicite, si sequatur homicidium casuale, non incurrere irre-gularitatem, sed tunc solummodo si res illa illicita et prohibita habet adnexum periculum homicidii, tunc solum incurrere illum irregularitatem.

Si vero nocumentum sequitur per se ex peccato, licet, non sit intentum nec previsum, tunc directe aggravat peccatum. Ut vg si quis fornicetur, et ex hoc sequatur plurimorum scandalum, quamvis fornicans id non intendat, nec fortasse provideat; dicit tamen hoc nocumentum scandali aggravat peccatum.

Advertit III. Hoc nocumentum

Adverte III: Documentum penale, quod ille incurrit, qui occa-
peccat, non aggravat peccatum. Utpote cum quis ad occidendum
hominem se præcipit, et interim graviter lædat pedem, non aggravat
peccatum? = Quando autem documentum penale per se consequi-
tur ad actum peccati, quamvis non sit intentum nec provisum, tale
tale documentum non facit gravius peccatum, sed e contra gravius
peccatum in eum gravius documentum: ratio est quia in fidelis
propter homicidium gravius punitur quam propter furtum.
Obstat hic: Fidelem scientem pœnas inferni, et nihilominus pec-
cantem, gravius puniri, quam infidelem, qui illas ignorabat, ergo
ideo, quia fidelis contempsit pœnas, ut suam perversam voluntatem
sem ad impleat.

Sto: Quod peccatum ratione finis pejoris, ita crescere pos-
sit ut gravius et deterius fiat. Ratio hujus est: quia
peccatum aliqua ratione specificatur a fine. Et ideo gra-
vius peccat ille, qui gladium emit ad occidendum hominem,
quam qui illum emit ad pompam et vanitatem.

Sed hic ~~Sed hoc peccatum~~ Sciendum est hic: peccatum factum ex
intentione finis boni levius esse, quam si fiat gravius autem
esse, si fiat ex intentione finis mali. Ratio est: Quia pecca-
tum gravius est, quo pejor est finis, ut jam dictum est; ergo peccatum
tum est levius, quo melior est finis. = Item quia peccatum est
gravius est, quo magis est voluntarium, et levius, quo est minus vo-
luntarium; sed peccatum factum ex intentione finis boni, est minus
voluntarium, quam peccatum, quod appetitur propter se; ergo pec-
catum ex intentione finis boni factum est levius. = Et circo
fornicatio facta ob bonum finem levior est, quam fornicatio facta prop-
ter turpem ipsius delectationem; non eo, quod bonitas ex intentione bo-
nis finis ita minuat malitiam, ut jam de mortali veniale, aliqua
bonis fines possent intendi, ad tollatur tota malitia actus, quam-
vis sit finita, et finitum ablatione finiti finiatur, inquit Aristo-
teles: sed quia minuitur voluntarium, quatenus peccatum non
appetitur propter aliud. Et qua ratione sicut et etiam infere pec-
catum vel luxuria minui non solum si fiat ex bono, verum etiam si
fiat ex malo alio fine, ut si fiat ob furtum, minuitur enim ratio vo-
luntarii, ita ut delinquens non ita censeatur luxuriosus, ac si pecca-
ret ex turpi carnis delectatione et libidine, quamquam peccatum
postea dicitur augeri ex alia malitia, contra pestitiam, committendo
enim fornicationem intentione furti, peccat contra castitatem, et
opponitur fornicatio, et contra pestitiam, cui furtum adversatur.
Quapropter fornicans propter furtum, licet minus peccet peccato
furtum, quam peccet, fornicando ob voluptatem voluptatem et libidi-
nem; tamen ratione alterius circumstantiæ, quæ novam actui mali-
tiam communicat, dicitur magis peccare. Ita Alexander, Ricard.
tius, et alii recentiores.

6to: Quod peccatum ratione scandali etiam alterius ita cres-
cere possit, ut gravius et deterius fiat. Ratio est: Quia opus per se bonum vel indifferens ratione
scandali etiam alterius efficitur efficitur mortaliter peccaminosum: ergo peccatum, quod est per se leve, ratione scandali etiam
alterius fit gravius. = Item quia peccatum per se leve, ratione
scandali etiam alterius efficitur gravius altero mortale, ut peccatum
veniale. = Item

quod peccatum veniale. = Item quia peccatum, quod cum scandalo ruina alterius fit, est grave non solum per se, si est grave, sed etiam per accidens, est grave, quatenus est causa scandali et ruinæ sequentis; sed peccatum, quod est grave per se et per accidens gravius est, quam per se tantum consideratum, cum peccatum gravius sit, quod plus habet circumstantionum aggravantium; ergo peccatum scandali et ruinæ est grabius. = Sed de hoc in sequenti dissertatione sat fiet tractatur.

1mo. Quod peccatum ex circumstantiis fiat gravius.

Ratio est. Quia peccatum ratione circumstantiarum aggravantium illud intra eandem speciem, aut mutantium speciem ejusdem plus acquirit gravitatis; ergo et gravitatis. = Item quia circumstantia peccatum leve et veniale transfert ad grave et mortale; et sic circumstantia quæ tale dat furto materia in furto sacrum assumpta furtum aput mercatorem transfert ad gravitatem peccati, si fiet semipiat Mercatori 10 aureos. ergo stat propositum. = Item quia circumstantia alia sunt quæ minuunt peccatum, alia quæ illud aggravant: ergo peccatum ratione circumstantiarum fit gratius aggravantium illud. = Item quia subinde circumstantia præterquam quod aggravent peccatum, insuper, si aut etiam mutantes speciem, adduunt eidem peccato novam speciem deformitatis; ut furto in loco sacro patrato. Sed de his venit sequens Dubium Sit loque. Quæres. Sit loque.

Quæres. 6. An circumstantia, ut novam addat alicui malitiam, debeat expresse intendi?

Nota circumstantias actuum humanorum patissimum esse 8, quæ hoc versiculo exprimuntur

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

et has circumstantias explicatas vide in 2is sent. de Sacra. Pœnit.

Non omnes circumstantias nisi 4 tantum assignari, quæ efficiunt peccatum mortale; et ad has 4 revocari possunt in prædicto carmine recitata; et illæ 4 sunt pertinentes, impertinentes etc. de qui in sequentibus notabis.

Nota 2do: circumstantias ad Thema vocari ingenere moris particulares actionum humanarum conditiones, seu affectiones accidentales, non pertinentes ad substantiam actus peccati, seu aliquomodo attingentes ipsum actum peccati. Porro hujusmodi circumstantiæ in gradu simplici differentiæ sunt: alia sunt impertinentes, quæ neque augent neque minuunt malitiam peccati, seu quæ nihil quicquam ad gravitatem aut levitatem peccati conferent ut vel dextera vel sinistra furari, fornicari node vel a prandio die festo vel profesto; hæ enim circumstantiæ in genere moris nihil faciunt et nihil conferunt ad malitiam peccati. Alia sunt pertinentes, et hæ sunt vel minuentes, vel augentes seu aggravantes malitiam peccati intra eandem speciem vel mutantes speciem peccati. Circumstantiæ minuentes sunt, quæ diminuunt malitiam peccati: augentes seu aggravantes sunt, quæ augent et aggravant malitiam peccati intra eandem speciem; et sic sunt tales, quæ sunt cum magna intentione, aut cognitione, vel cum majori cautione, vel et perinsigne, vel et aliqua circumstantia personæ, vel ratione scandali etc. vel propter istas circumstantias peccatum augeri constat

constat examinanti circumstantiarum aggravantium nomen et ti-
= tuam. Circumstantiæ mutantes speciem peccati, seu in infinite aggra-
= vantes sunt, quæ vel de mortali efficiunt veniale, vel de veniali
mortale, vel quo novam speciem peccati adjunt. Ita quæ de
~~venia~~ mortali efficiunt venialia vel contra, sunt vg si quis exiret ad
= vertentia alicui alapam impingat, aut furtum rei notabilis
committat, nam inadvertentia excusat a peccato mortali. Alia quæ
mutant speciem seu adjunt novam speciem peccati, sunt vg circum-
= stantia voti castitatis in peccato luxuriæ, aut circumstantia loci
sacri in homicidio, etc. Ista circumstantiæ mutantes speciem
ab aliquibus Doctoribus appellantur aggravantes in infinitum
seu infinite, eo quod homo ratione malitiæ mortalis ab infi-
= nito bono averlantur. His prænotatis ad quæs

Respondeo Tunc circumstantia debet expresse intendi, quando
substantia actus peccati, cui circumstantia communicat malitiam
non potest subsistere, nisi circumstantia intendatur: quando ve-
= ro substantia actus subsistere potest, circumstantia expresse non
intenta, non est necesse, circumstantiam intendere, seu peculiari
= ris malitia contrahitur, quamvis circumstantia non inten-
= datur.

Ratio 1ma partis probativa est: Quia ad constituendam
aliquam rem in esse requiruntur ea, sine quibus res non subsi-
= stit; et sicut destructis iis, quæ sunt de essentia et substantia
alicujus rei, res ipsa destruitur, necesse est, ita non positis iis,
quæ sunt de substantia rei, res ipsa poni non potest; ergo
circumstantia expresse debet intendi, quando substantia de-
peccati, cui circumstantia communicat malitiam, non potest sub-
= sistere, nisi circumstantia intendatur: et hujusmodi circumsta-
= tia est specialis scandali, circumstantia specialis inobedientiæ
et circumstantia specialis ingratitudinis: ut bene docet D. Thom.
2. sp. q. 8. a. 4. Petrus Soto, Dominicus Soto, et alii apud Vasquez

Ratio 2dam circumstantiarum est, quia specialis ingratitudo non po-
= test esse, nisi expresse contemnatur beneficium, scandalum specia-
= le non potest esse nisi intendatur ruina et nocumentum speciale
proximi, et sic de ceteris. Quamvis sicut gratitudo postulat specialis, ut
aliquid fiat intentione compensandi beneficium mihi exhibitum, aliquid
fieri, quo beneficium compensetur, nisi prædicta intentione fiat,
ita etiam ad ingratitudinem formalem requiritur, ut directe fiat
contra beneficium, vel ut beneficium expresse contemnatur. =
= terea sicut obedientia non est virtus specialis, nisi præceptum ob-
= servetur intentione expressa parendi superiori seu legi, ita specia-
= lis inobedientia non subsistit, nisi quis aliquid faciat expressa inten-
= tione non obediendi; alioquin in quolibet peccato duplex pecca-
= tum reperiretur, unum contra virtutem, quam refertur res
= cepta, alium contra obedientiam, ut bene docet Navarra. =
= sus sicut correctio vel misericordia postulat, ut quis intendat bo-
= num proximi, ut illius bonum est, vel intendat illius miseriam auferre,
ut illius miseria est, ita speciale scandalum non subsistit, nisi quis
directe velit ruinam et damnum proximi, et consequenter, nisi circum-
= stantia ruinæ proximi intendatur. = Idem dicendum puto de
actu odii, sicut enim actus specialis amoris exigit, ut quis directe
velit bonum alterius, ut bonum illius est, ita peccatum odii non
potest subsistere, nisi expresse intendatur malum alterius, quatenus
est malum illius

est malum illius ex displicentia personæ, consequenter nisi circumstantia intendatur.

Ratio 2a pars est: Quia aliqua peccata, vt est peccatum furti vel sacrilegii, opponuntur speciali virtuti, quamvis circumstantia damni proximi, aut impuri loci sacri non intendatur; ergo non est necesse, in quolibet peccato circumstantiam intendere, quando scilicet substantia actus subsistere potest, circumstantia expresse non intenta: = tum quia vt aliquis actus imputetur ad culpam, requiritur, vt saltem sufficit, vt sit voluntarius, sed potest esse voluntarius saltem indirecte, etiamsi circumstantia non sit directe volita et intenta, quod accidit, quando substantia actus potest subsistere circumstantia expresse non intenta; ergo non est necesse circumstantiam expresse intendere, quando substantia actus potest subsistere non intenta circumstantia.

Hinc equitur adulterium committi ab eo, qui ~~sumitur calicem consecratum~~ turpem congressum habet cum alterius uxore, quamvis in mente sua rejicial circumstantiam alienæ uxoris, id est, quamvis non intendat habere copulam cum illa qua aliena.

Præterea sacrilegium ab eo committi, qui sumitur calicem consecratum, etiamsi expresse non intendat inferre injuriam rei sacræ, et calicem accipere, quatenus est res Ecclesiæ; cum enim circumstantia actus sacrilegii et adulterii subsistere possit absque intentione expressa inferendi injuriam rei sacræ, aut cognoscendi alienam, ut aliena est, sed de bonum, peccatorum malitiam seu efficiendi hujusmodi circumstantiam esse indirecte volitam in copula habita cum femina conjugata, aut in furto rei sacræ, præcisa ignorantia invincibili, sequitur, nec sum non esse, ut hujusmodi circumstantia directe et expresse intendatur. Ita Sanctus, Vasquez, et alii communiter citati.

Quæstio II.

De distinctione peccatorum numerica.

Articulus I.

An tot sint numero peccata, quot sunt objecta, circa quæ unus et idem numero actus eodem tempore versatur?

Nota Duo hic nobis esse explicanda: 1mum est, utrum distinctio numerica peccatorum desumatur ex distinctione objectorum, seu utrum tot sint peccata, quot sunt objecta, circa quæ versatur actus, v.g. utrum tot sint peccata, quot sunt personæ, quæ uno actu injuriis afficiuntur per contumeliam, vel per detractionem, et de hoc agimus in præsenti Articulo.

2dum est: utrum desumatur ex distinctione numerica actuum, seu utrum tot sint peccata, quot sunt actus saltem morales. = Dico, quod sunt actus saltem morales, quia omnibus perspicuum est, non tot esse peccata, quot sunt actus physici, ut patet in eo, qui ex intentione occidendi inimicum emittit sagittam, illumque lateri accommodat, asservat mora occidendi: hunc enim constat committere unum tantummodo peccatum, quamvis plures actus exerceat, plures videlicet non moraliter, seu physice. Hoc tamen intelligendum est, præcisis aliis circumstantiis, aut finibus novam actui malitiam communicantibus, si forte in aliquo actu hujusmodi fines vel circumstantiæ reperiantur, ut constabit

=antur, ut constabit ex infra dicendis in Articulo 2do. His premis

Quæres 7. An tot sint numero peccata, quot sunt objecta circa quæ unus et idem numero actus eodem tempore versatur?

Respondeo negative. Non tot est numero peccata, quot sunt objecta, circa quæ unus et idem actus eodem tempore versatur. **Ratio** est: quia quando est unum solum objectum, circa quod versatur unus actus, est unum tantummodo peccatum ergo etiam est unum tantummodo peccatum, quando unus et idem actus versatur simul circa plura objecta ejusdem rationis; nam hæc omnia objecta vicem unius gerunt. Quamobrem inquit Navarrus in summa c. 6. n. 8, qui unam familiam occidere intendit non tot numero peccata committit, quot sunt homines illius familiæ; nam tota familia in jure una persona reputatur, ut si familia furtum fecisset dicatur. = Præterea volens combure domum alicujus, quæ multis partibus constat, aut volens interficere totum bovem gregem, vel magnam nummorum copiam non tot peccata committit, quot sunt partes domus, vel quot sunt oves, vel quot sunt nummi. Item profers unam blasphemiam in duodecim Apostolos, non debitur committere duodecim peccata; ergo non sunt tot numero peccata, quot sunt objecta ejusdem rationis, circa quæ unus et idem actus versatur. Hæc de causa in Bulla de Cœnæ dicti, probabiliter sustinent posse, eum, qui uno et eodem actu plures hæreticos profitetur, unam tantummodo censuram incurrere. Ita Suarez, quem refert de Cœnæ Pellizarius contra Azorium et alios.

Porro qui uno actu plures peccatis, aut de pluribus detrahit, aut plures comicciis effectis hunc [illegible] actu tenetur in confessione Sacramentali explicare numerum personarum: non enim quo hæc circumstantia sit aggravans, [illegible] cum in Tract. de Sacramentis Disert. de Sacra. pœnit. docuerimus, circumstantias aggravantes non esse necessario in confessione aperiendas; sed tamen numerum personarum exprimere, quia hæc circumstantia est aliquid pertinens ad objectum, et constituens actum in suo esse individuali; cum enim actus seu peccata exprimenda sint in confessione, et sufficienter exprimi non possint non explicato objecto seu quantitate objecti, a quo actus in suo esse constituitur, sequitur explicandum esse objectum seu quantitatem objecti. Dixi in responsione, circa quod unus et idem actus versatur, ut innuerem, quando circa duo vel distincta plura objecta, duo vel plures actus successive versantur, non unum tantummodo peccatum committi sed plura: unde si quis percutiat Petrum, et statim nulla interposita mora percutiat Paulum, vel si quis in D. Petrum blasphemiam conficiat, statimque aliam profert in D. Paulum, non unum tantummodo peccatum contrahit, sed duo. **Ratio** est, tum quia non solum physice, verum etiam moraliter reputantur duo [illegible] actus completi distincti; tum quia sicut diversitas numerica motuum desumitur ex diversitate subjectorum, quæ moventur, ut communiter docent Philosophi; ita diversitas numerica peccatorum desumenda videtur ex diversitate objectorum seu personarum, circa quas diversi actus versantur.

Sciendum autem

Sciendum autem hinc est: Unum numero esse peccatum tunc, quando plures actus circa idem obiectum sine interruptione morali exercentur: Patet est: quia ejusmodi actus circa idem obiectum censentur una actio moraliter et una transgressio. = Secus si plures actus cum interruptione morali circa idem obiectum exercentur; ut clarius constabit ex sequenti Articulo in ejus expositione.

Et dictis autem in responsione data ad quatuor praesentis articuli constat, peccata non multiplicari penes multiplicitatem objectorum ejusdem rationis, circa quae unus et idem actus versatur; multiplicari vero illa ad multiplicitatem objectorum, circa quae actus successive versantur, vel ad multiplicationem actuum moraliter interruptorum versantium circa diversa numero obiecta, aut etiam circa idem obiectum, prout dicenda in sequenti responsione. Sit

Articulus II.

An tot sint numero peccata, quot sunt actus voluntatis moraliter interrupti?

Cum ergo jam dixerimus, non tot esse numero peccata, quot sunt numero obiecta, quando unus tantum et idem numero actus et eodem tempore versatur circa illa; aut unum numero esse peccatum, puta hinc, quando plures actus circa idem obiectum sine interruptione morali exercentur, eo quod talis actus censeatur esse una moraliter actio et transgressio. superest adhuc, ut praesentis Articuli dubium discutiamus. Quapropter sit

Quaere 8. An tot sint numero peccata, quot sunt actus voluntatis moraliter interrupti?

Respondeo affirmative. nempe, tot esse numero peccata, quot sunt actus voluntatis moraliter interrupti.

Ratio est: Quia sicut ad unitatem motus requiritur unitas temporis, ut communiter docent Philosophi, eo quod non sit unus et idem motus, quem nunc facio ambulando, cum motu, quem nunc facio, ita ad unitatem peccati unitas temporis requiritur, seu quando actus sunt moraliter interrupti, non est unum tempus, sed diversa: ergo quando actus voluntatis sunt moraliter interrupti, non est unum numero peccatum, sed plura. = Item quia si actus seu peccatum odii, quod nunc Titius elicit, non esset distinctum ab actu seu peccato odii, quod heri Titius elicuit, sequeretur eundem actum, qui desiit, iterum redire; sed hoc naturaliter fieri non posse, communiter tradunt Philosophi in Physicis, imo neque supernaturaliter id fieri posse, si loquamur de actu peccati, nos ipsi ostendimus de Sacramento Poenitentiae: ergo non est unum numero peccatum, sed plura, quando actus voluntatis sunt moraliter interrupti. Ita D. Thomas. Suarez, Lugo, Tabiena, Armilla, Asarius, Cajetanus, alii apud eosdem et apud Sylvium.

Hinc patet, plura peccata committi a eo, qui actum odii elicuit contra Petrum, aut animam furandi, vel occidendi hac hora, et deinde transacto aliquo temporis spatio actum odii, vel homicidii, vel furti repetit; nam actus consentitur moraliter interrupti.

Sed ad his dictis

Sed et hic dicis sequitur dubium de interruptione actuum, quandonam interruptio censenda sit habeatur talis ut sufficiens esse censeatur ad peccata multiplicanda ; et quomodo cognoscere possimus actum voluntatis ita interrumpi ut nec formaliter nec virtualiter perseveret. Pro hoc dubio sit sequens Articulus

Articulus III

Quandonam actus voluntatis interrumpantur ita ut moraliter, ut per repetitionem actuum interruptorum peccata multiplicentur? Et quomodo aut unde cognoscere possimus actum voluntatis ita interrumpi, ut nec formaliter nec virtualiter perseverare dicatur?

Quæres. Quandonam actus voluntatis interrumpantur ita moraliter, ut per repetitionem actuum interruptorum peccata multiplicentur?

Respondeo juxta dicta de restitutione et de Pœnitentia: Actus voluntatis tunc moraliter interrumpi, quoties non formaliter nec virtualiter perseverat: ubi enim peccatum habitum quod Titius heri commisisset destruitur, ubi hodie commisit quia peccatum heri commissum est interruptum, et non perseverat formaliter aut virtualiter, non formaliter, cum jam desierit, non virtualiter, cum nullas efficaces dispositiones ponat, in quo dicatur virtualiter perseverare. Et oppositio qui proficiscitur ad furandum vel occidendum inimicum, et in via voluntatem furandi vel occidendi sæpius repetit, non dicitur plura peccata numero distincta committere, quia tales actus non constituunt interruptum, cum prior voluntas furandi vel occidendi virtualiter perseverat in actione ibi inchoatis et in aliis actionibus externis, intentione furandi, vel occidendi inimicum inchoatis. Quapropter actiones illæ externæ dici possunt habere rationem vinculi quo plures actus interni ad eundem finem repetiti conjunguntur.

Hinc **1mo** sequitur, actus moraliter interruptos explicandos esse in confessione, modo pœnitens recordetur numeri actuum repetitorum peccata enim explicanda sunt quoad numerum, sed actus peccaminosi moraliter interrupti sunt peccata numero diversa: ergo actus peccaminosi moraliter interrupti explicandi sunt in confessione; habitus vero non interruptos non est necesse in confessione explicare, nisi specialem habeant deformitatem. **Patet** est, tum quia peccata numero distincta; tum quia explicato opere completo censentur ipsi explicati. Propterea qui turpiter cum femina conversatur et denique carnaliter cognovit, satisfacit dicendo se sæpius copulam cum femina talis conditionis habuisse, etiamsi non manifestet alios actus interiores ad talem finem ordinatos; cum enim tales actus initia sint ad copulam, cum illa connectantur, et ad illam terminentur, moraliter reputantur unum peccatum, quamvis singuli actus sint peccaminosi, et Deum graviter lædant. Vide Azorium, Salios Doctores, quos in simili refert de Pœnitentia.

2do sequitur, eum qui furari intendit, statimque viam tali animo aggreditur, scalas arripit, aliusve medius utitur ad furandum, non tantummodo peccatum committere, etiamsi dum hæc actiones exercet, sæpius repetat voluntatem furandi. **Patet** est: quia actus voluntatis non sunt moraliter

non sunt moraliter interrupti, neque actiones externa, quæ moraliter
conjunguntur cum interno actu voluntatis, constituunt novum pecca-
tum, quia opus externum, quatenus distinguitur ab actu voluntatis,
non est bonum neque malum formaliter, quia non est liberum: ergo
neque potest constituere distinctum numero peccatum. Ita Soarius
et alii recentiores.

Hoc tamen limito, modo actus exteriores non habeant propriam et
peculiarem malitiam ex objecto vel circumstantiis distinctam a fine
vel objecto actus interni seu voluntatis; constat enim actus exteri-
ores habere malitiam aliquando distinctam non solum numero
verum etiam specie. Quamobrem, quando Titius, ut pecuniam
capo sumpiat, sumpsit scalam Petro ad conscendendam domum, pec-
cat peculiari numero distincto a peccato in capem commisso. Idem
dic si Titius fornicetur, et alium suo pravo exemplo ad fornicatio-
nem inducat, ut bene docet Vasquez et alii, quibus puncto sequenti
respondeam. Idem dic de eo, qui in die jejunii vespertinam comedendo
carnes, aut alios suo exemplo ad eandem inducendo, ut tradit idem
Vasquez et patebit ex infra dicendis. Qui vero furatur, ut fornice-
tur, committit duo peccata non solum numero verum etiam specie
distincta, cum enim ex peccatum furti, alium fornicationis.
Ita Soarius et alii ~~et alios citatos~~ citati. Dic de illo, qui homicidii de-
cretum, ut furetur.

III. Hic sequitur, illum, qui decrevit furari, se non furaturum nisi
aliquo intercedente mora, committere duo peccata, quia prior intentio
furandi virtualiter non durat in aliquo opere externo ad furtum
ordinato ut supponunt, aut in opere externo furti, eo moraliter intermp-
tionem, quæ opus externum immediate provenit a priore intentione furan-
di, seu a voluntate, quæ hic et nunc furtum committere intendit; conseque-
nter actus voluntatis censentur moraliter interrupti, et distincta
numero peccata constituere. Ita Soarius, et alii doctores citati.

IV. Ex. sæpius et frequentius multiplicari peccata interna, quæ inte-
riora consummantur, ut sunt peccata odii, invidiæ etc, quam externa,
ut est peccatum homicidii, furti etc; nam peccata, quæ interius consu-
mantur nihil ulterius habent, in quo virtualiter perseverare et continu-
ari censentur.

V. Ex. eum, qui et eodem impetu ira vel odii eadem convicia vel blas-
phemias, vel percussionem repetit, unum numero peccatum committere,
quia prior voluntas perseverat, et prius peccatum videtur moraliter con-
tinuari, cum subsequentibus, ita ut omnes illi actus unam vitam vel pug-
nam integrare videantur, sicut inquit Bartolus, quem citat et sequi-
tur Navarrus de Pœnitentia cap. consideret, nu. 46. Qui tota nocte luctatur con-
tra prohibitionem, semel tantum luxisse videtur. Ita Rebellus, Azorius,
et alii fere communiter, quamvis S. Thomas in 2. 2. q. 71. Tabiena, Antoni
nus, Armilla et alii citati Azorium, velint peccata voluntatis in universum
multiplicari temporis interruptione.

Scientum est probabiliter sustineri posse illum, qui eodem tempore injurias
diversæ rationis in aliquem proferat, non committere plura peccata, per exer-
sas injurias tales prolatas eodem tempore, ut constat ex dictis a nobis de Sacra-
mento Pœnitentiæ; quamvis contrarium sentiat Azorius, et alii.

Hinc patet contra Azorium, eum, qui appellat capum ad ultimum suum
et patrimonium, non committere tria peccata, licet tripliciem diversæ rationis in-
juriam proferat. Præterea patet, eum, qui alicui dicit, sumpsit ex ecle-
sia, non committere duo peccata, licet duplicem injuriam facere videatur,
implicite imponendo furti et sacrilegii; Azorius tamen putat com-
mittere duo peccata.

Sin vero in confessione

An vero in confessione explicanda sit species impurie, que alicui illata est
dissensio est inter doctores; aliqui enim putant speciem impurie aperiendam
esse, ut peccatum sufficienter manifestetur, et hec opinio probabilissima est
et est conformis nostris principiis traditis de penitentia cum Valentia: alii
vero contrariam sententiam non improbabiliter sustinent, quorum opinio re
= nem in praxi sustineri posse existimo, ne difficilis nimis reddatur confessio
Ratio est, quia in ratione impurie non videntur peccata specie diversa
et alioquin difficile est, omnia impurianum genera in confessione distincte
exprimere, et licet qui alteri stupri vestem, equum, pecuniam, et alia
diversa rationis, non committit plura peccata diverse rationis, nec videtur
obligandus ad exprimenda singularum rerum nomina in confessione; ita
neque plura peccata committere videtur, qui eodem tempore impurias di
= versa rationis profert, nec obligandus videtur ad exprimendum impurie nomen
Venem quia primam opinionem sustinere voluerit, ad has rationes respondet
dato, quod diversitas impurianum non mutet speciem in ratione impurie; tamen
aliquid spectans ad obiectum, et constituens actum in suo esse individuali,
a simili de quantitate furti constat et dictis de penitentia.
Modo dicendum superest de modo, quo possimus cognoscere actum volun
= tis ita interrumpi, ut nec formaliter nec virtualiter perseverare dicatur
quamoter sit

Quæs. 10. Quomodo autem vere cognoscere possimus ac
= tum voluntatis ita interrumpi, ut nec formaliter nec virtu
= liter perseverare dicatur?

Respondeo cognosci posse: 1mo ex attributis, qui successive fiunt
circa plura objecta, ut patet ex rationibus circa primam propositio
= nem allatis. 2do, quoties post primum actum elicitum est dolor de
tali actu, et habita est contraria voluntas, actus consecutus moraliter in
= ternptus, ita ut continuari non videatur cum actu post dolorem, et con
= trariam voluntatem elicito; nullum enim est vinculum, quo rectantur
et conjunguntur: unde quando quis post acceptionem rei alienæ proposuit
restituere, deinde iteravit voluntatem retinendi, prior voluntas re
= nendi rem alienam interrupta fuit per propositum restituendi, prior voluntas re
= iter iterata voluntas retinendi est novum peccatum. 3tio ex simili
vel simili impedimento inter unum et alium actum interposito. Ex quo
fit, ut qui ante somnum habuit propositum non restituendi, et post som
num repetit propositum, committat duo peccata; nam isti duo actus ipsius
interrupti sunt nec formaliter, nec virtualiter perseverent. 4to ex tempore
inter unum et alium actum interposito, quando inter unum et alium actum
tantum tempus interponitur, ut prudentis arbitrio censeantur actus mo
= raliter interrupti interrumpi. Ita Scotus, Navarrus, Rebellus, Henri
= quez, Suarez, Petrus Navarrus, Filliucius, Paris Segia, et alii communiter.
Ex dictis hujus Articuli colligi potest hæc Regula ad cognoscendam
distinctionem numericam peccatorum. Peccata numero distinguuntur
1mo per multiplicationem objectorum circa quæ actus circumscri
= buntur, non vero ex multitudine objectorum, circa quæ unus et idem ac
= tus eodem tempore versatur. 2do per multiplicationem actuum re
= luntatis moraliter interruptionem; quamquam etiam alienæ peccata
numero distingui possunt, ut dicet ex circumstantiis et finibus: sicut
enim variæ circumstantiæ aut fines diversam speciem malitiæ actui
communicare possunt, ita multo magis possunt tribuere malitiam nu
= meri diversam: nam quæ speciem diversant, diversam etiam numero ea
= quam non ubicunque est distinctio numerica, est etiam specifica, ut

= tet in eo, qui uni

fel in eo, qui ueni scalas surripuit, ut domum alterius conscendat ad furandum; sic enim committit duo peccata non specie, sed numero diuersa.

Modo ex hac Quæstione fluit quæstio sequens, in qua explicabimus quot peccata committat qui aliquem sua prava exemplo vel consilio vel alia ratione ad peccatum inducit, nam ista sunt circumstantiæ, propter quas peccata multiplicari possunt. Sit itaque

Quæstio III.

De Scandalo peccatorum et scandalo.

Articulus I.

Quot peccata committit ille, qui alium inducit ad peccatum, intendens ipsius nocumentum spirituale?

Nota I^mo. Scandalum est dictum vel factum minus rectum præbens alteri occasionem ruinæ. Hoc definitio est D. Thomæ est communis apud Theologos. Et explicatur dicitur dictum vel factum, quia peccata mentalia neminem scandalizare possunt, cum ut talia sint ignota. Dicitur minus rectum non malum, quia sæpe actus ex se bonus propter speciem mali, quam præ se fert, inducit rationem scandali, ac proinde ut ait Philosophus 2. Ethic. c. 6. peccare multis modis possumus, recte vero agere uno tantum modo licet, atque ideo illud facile, hoc vero difficile est. Facile siquidem est a scopo aberrare, et scopum attingere difficile. Dicitur præbens occasionem ruinæ, non causam, quia nemo alterum invitum impellere potest ad peccatum; humana enim voluntas a nulla re extrinseca tanquam ab efficaci causa potest induci ad peccandum; solum ergo potest esse occasio. Sub nomine etiam dicti vel facti sub ea non solum operationis intelligi etiam debet omissio externa. Ita Doctores ~~omnes~~ S. Thomas Sylvius, Layman, Azorius, Sanchez, Bonacina noster Diana, Petrus de Ledesma.

Nota II^do Ex doctrina D. Thomæ scandalum est duplex: aliud est activum, et aliud passivum. Scandalum activum est actus trahens ad peccatum, ut supra dictum est. Scandalum passivum est ipsa spiritualis proximi ruina. Activum dupliciter est, nempe activum per se, quod intendit ruinam proximi de industria, et activum per accidens, quod est præter intentionem: et inter hoc est scandalum aliud medium, et est illud quod non quidem ex intentione operantis, sed ex natura operis proximum invitat ad peccatum, et hoc respectu operantis est per accidens, quia præter eius intentionem est, respectu vero operis est per se, quia ex sua natura id omen est, ut alios trahat ad ruinam, ut ex. gr. si quis parens in conspectu filiorum domi suæ concubinam.

Scandalum passivum est

Scandalum passivum quod est ipsa spiritualis ruina prox[imi] est duplex: nempe datum et acceptum. Datum dicitur id quod re[fertur] oritur ex activo scandalo alterius, et solet etiam appellari scandalum pusillorum seu infirmorum. Acceptum est ruina alterius non ex[orta] orta ex scandalo activo operantis, sed ex malitia propria, quod alio nomine vocatur scandalum Pharisaicum. Et ideo dicitur Pharisaicum quia Pharisæi ex rectis Christi actionibus occa[sionem] sumpsi peccandi tenere abripiebant; de isto ergo dicitur accepturi etiam quia aliud homo non arripit temere ex rectis actionibus. Ita S. Thomas, Sanchez, Vasquez, Filliucius, et alii.

Nota III. Scandalum activum adhuc duplex est, nempe: Spe[ciale] et Generale. Scandalum activum speciale est peccatum, ex quo quis alium indirecte intendens ipsius spirituale damnum. Ita docent Vasquez, Filliucius, Sanchez, et alii citati; omnes isti alii quos refert Vasquez contra Valentiam, Navarrum, et alios arbitrantur peccatum speciale scandali committi quoties quis probabiliter putat ex suo dicto vel facto sequturum proximi ruinam spiritualem.

Dubio nostro definitionis est: quia speciale peccatum constituitur per ordinem ad specialem finem, et per oppositionem ad specialem virtutem et perfectionem; hoc autem non videtur habere ruina proximi, non datur specialis finis et oppositio ad specialem virtutem. Diversi enim fines et diversæ oppositiones sunt ad diversas virtutes, puta versa peccata quæ consequuntur ex occasione peccandi data: ergo peccatum speciale scandali activi speciale non committitur, nisi ruina proximi intendatur.

Scandalum activum generale est peccatum, ex quo aliquis alter inducit seu præbet occasionem, sed non intendit ruinam ejusdem spiritualem.

Nota IV. Scandalum dari potest aliis vel pravo quo exemplo operis vel gravi verbis vi consilii, persuasione, et dico qui ita facit, dicitur alios inducere ad peccatum, seu cooperari peccato alterius. Item cum qui alterum inducit ad peccatum, aliquando cum eo consummare peccatum, aliquando non consummare. His prænotatis

Quæres II. Quot peccata committit ille qui alium inducit ad peccatum, intendens ipsius spirituale damnum?

Respondeo Cum qui alterum inducit ad peccatum, intendens ipsius commune spirituale, peccare duplici saltem peccato, uno peccato speciali scandali, alio eo peccato quod ab altero committitur.

Patet primi est: quia peccatum speciale scandali committitur, quoties quis dat vel dare intendit alteri occasionem ruinæ, intendens ipsius commune spirituale, seu quoties quis dat alteri occasionem ruinæ hac intentione ut peccet: ergo talis peccat peccato speciali scandali. Ita Vasquez, Sanchez, Abonius, et alii apud Vasquez.

Patet 2di est: quia qui est causa peccati, reus est illius peccati, cui per est causa; eo quod ipsius inducto adhæretur eidem virtuti et perfe[ctioni] oppositum peccatum, ad quod inducit. Unde qui solo consilio inducit ad furtum, reus est furti, ut bene docet Sanchez et alii citati: ergo ille qui inducit alterum ad peccatum, reus est peccati ejus ad quod alter committitur; consequenter duplicis rei est peccati, nempe spe[cialis] scandali, et ejus quod ab altero committitur.

Hinc colligitur eum qui alium inducit ad peccatum, intendens ipsius ruinam spiritualem seu peccatum, non satis facere in confessione dicendo se alterum ad peccatum induxisse seu teneri exprimere inducti[onem] num, quia alterum

=nium, qua alterum ad peccatum inducit, et praeter peccatum ad
=quod inducit: reus enim est duplicis malae peccati, 1mo scandali
=specialis, quod opponitur correctioni fraternae, puta sanctae et vasquez,
=2do illius peccati, ad quod alterum induxit: imo fieri potest, ut etiam
=reus sit alterius peccati nempe peccati propriae, si forte distinctum
=peccatum commisit, aut cum alio peccatum communavit, ut infra
=explicabo. Ita Vasquez, Sanchez, et alii

Quaes. 12. Utrum ille, qui alterum inducit ad peccatum veniale cum hac intentione, ut venialiter peccet inductus, seu qui alterum inducit ad peccatum veniale, intendens ipsius ruinam venialem, peccat venialiter an mortaliter?

Respondet Vasquez, peccare unumquemque mortaliter; eo quod huiusmodi damnum et ruina spiritualis praferenda sit cuicunque malo corporali; qui autem malum grave corporale infert, graviter peccat.

Respondeo cum Bonacina, quem sequor, qui sic ait: = mihi magis placet sententia D. Thomae, Azorii, et Navarri, et alienum a se=ipsum, cum tantummodo venialiter peccare.

Patet est: quia quando datur occasio ruinae venialis absque intentione ruinae proximi, non committitur peccatum mortale, exp. neque committi videtur peccatum mortale, quando datur occasio ruinae venialis intentione ruinae venialis, eo quod intentio expressa=
=modi damnum in genere damnorum spiritualium est levis; ergo vide=
=tur materia peccati tantummodo venialis. = Antecedens per se patet,
quia non est facienda comparatio damni spiritualis ad damnum temporale,
ut facit Vasquez, aliquem sequeretur, illum etiam mortaliter peccare
qui recitationem alicuius brevis orationis alteri promissam praetermittit;
spirat enim alterum bono, quod est longe maioris boni quolibet tempora=
=le. Falsum autem est, omittentem huiusmodi recitationem, mortaliter pec=
=care, ut patet ex dictis de Gremicheta in Bachana et contractibus; ergo falsum est
=ille dicentem mortaliter peccare, qui alterum inducit ad pec=
=catum veniale, intendens ipsius ruinam venialem.

Hinc sequitur eum, qui grave delictum commisit coram aliis, quos
nec provide recipitur occasionem ruinae tantummodo venialis,
peccare tantummodo venialiter in ratione scandali, nec teneri hanc
circumstantiam in confessione manifestare, licet teneatur grave
delictum ast commissum manifestare. Ita Sanchez, et alii citati
contra Sylvestrum, Tabienam, et alios. Patet est, quia gravi=
=tas scandali cognoscitur ex ruina proximi; ruina autem proximi in
proposito casu est levis, ut supponitur; ergo et scandalum hoc est le=
=vis, ratione cuius ille peccat tantummodo venialiter, qui grave de=
=lictum commisit coram aliis, quos provide inde recipiunt occasionem ruinae tantummodo venialis.

Articulus II.

Quot peccata committit ille, qui aliquem inducit tantummodo ad pec=catum, minime vero intendit ipsius ruinam spiritualem, neque con=sentit cum ipso peccatum?

Revoca huc tibi unum punctum dictati IV supra in articulo
4, ut videas et intelligas, quid inducere aut cooperari praeferat,
et facile statui queas, ad instituendi satisfactis. Sylvius

Quaes. 13. Quot peccata

Quares 13. [illegible] qui

aliquem inducit tantummodo ad peccatum, minime vero ipsi
rei ipsius ruinam spiritualem, neque consummat cum ipso
peccatum an reus sit ejus ex peccati ab altero commissi?

Respondeo taliter inducens reus est [illegible] peccati, saltem ejusdem quod alter, qui inductus est ad peccandum, committit. Ita Soto, Valentia, et alii quos citat et sequitur Vasquez, Sanchez, Tellus.

Ratio est: quia qui est causa alicujus peccati, reus est illius peccati cujus est causa, seu ad quod inducit; sive inducat consilio, sive mandato, sive etiam pravo exemplo solum. Nam inductio implicita quae fit pravo exemplo, ad eamdem speciem pertinere videtur, ad quam pertinet explicita, cum explicitum et implicitum ad eamdem speciem revocentur. Quod tritum illud axioma, implicite et explicite paria sunt in delictis, probatur loquendo, seu tacite et expresse idem est judicium: Ita Sanchez, Castropalaus, et fere omnes videntur Doctores quos in simili retuli de Restitutione: ergo inducens alterum ad peccandum reus est illius peccati, quod alter committit. Proponatur dubium:

Quares 14 An ille sit reus unius vel duorum peccatorum qui alterum inducit ad peccatum, non intendens quidem ruinam neque eum eo committens peccatum?

Respondeo Aliquibus Doctoribus videri, eum reum esse illius tantummodo peccati, quod committitur a reo, cum ad peccatum induxit. **Ratio est.** 1mo quia inducens alterum ad peccatum, non dicit actus eidem virtuti oppositos per quos ducit ad peccatum alterius quod eidem virtuti adversatur. 2do quia moraliter reputatur una transgressio. 3tio quia inducens alterum ad peccatum non videtur gravius peccare, quam peccat alter nempe inductus, qui actualiter committit ipsum peccatum; non enim magis cooperatur peccato alterius nempe inducti, quam ipse inductus illud committit: ergo videtur reus illius tantummodo peccati, quod committitur a reo, quem ad peccatum induxit. Et quo inferri potest, eum, qui alterum inducit ad peccatum, non intendens ipsius spirituale detrimentum, non committere duo peccata sed unum; quia gravius peccare non videtur, quam qui fornicationem committit: nisi forte dicas non gravius peccare in ratione specifica, gravius vero peccare in habitudine entitativa: sed tenetur tamen in Confessione exprimere circumstantiam inductionis ad tale peccatum et an peccatum re ipsa subsecutum fuerit, quatenus novit subsecutum esse; actus enim cum effectu explicandus est in Confessione, ut patet de dictis de Sacramento Poenitentiae.

Alii vero putant non solum teneri circumstantiam inductionis in confessione aperire ratione effectus, verum etiam ratione propriae peccati: nam propria difficultatem existimant committere duo peccata, reniendo contra duas virtutes, cui opponitur peccatum ab altero commissum, alterum contra charitatem saltem generaliter: nam charitas distinguitur a reliquis virtutibus.

Ad primam rationem in contrarium respondent, unitatem vel numerum specificatum numericam peccatorum non colligi solum ex oppositione ad eamdem virtutem, cum eidem virtuti plura numero peccata possint opponi, sed etiam ex oppositione ad varias virtutes, aut partes seu actiones species diversas.

Ad 2dam respondent moraliter

Ad 4am respondent, moraliter reputari plures transgressiones unam ejusdem virtutis, cui adversatur peccatum ab altero commissum, alteram contra charitatem, qua quilibet tenetur bono proximi consulere.

Ad 3tiam respondent, non gravius peccare contra virtutem, cui opponitur peccatum ab altero commissum, gravius vero peccare, qua tenus simul causa est ruinæ proximi.

Et dicit Bonacina: mihi autem ista sententia videtur valde probabilis: nam scandala supponere videtur peccatum generale scandali, seu peccatum, quod generaliter adversatur charitati, et vagatur per omnia peccata, specie distingui a reliquis peccatis, quod non facile admittendum puto, nec sufficienter colligitur ex rationibus in confirmationem primæ sententiæ allatis.

Si autem aliquis autem, an inducens ad fornicationem gravius peccat, quam homicida? Respondeo homicidam gravius peccare, per se loquendo: nam fornicatio levius peccatum est, quam homicidium, si perpendamus in ratione specifica peccati: ergo inducens ad fornicationem levius peccat, quam homicida, modo non intendat damnum spirituale: nam inducens ad fornicationem intentione damni spiritualis gravius peccat, quam homicida, cum intendat damnum gravius et longe majus damno corporali; majus enim damnum est mors animæ spiritualis, quam mors corporalis. Ita Azorius, Cajetanus, Sasquez, et alii.

Articulus III.

An ille, qui inducit ad peccatum, simul quæ cum ipso consumat illud, reus videatur duorum peccatorum, etiamsi non intendat ruinam proximi spiritualem?

Aliqua hic prænotantur, quæ inserviunt et doctrinæ præsentis articuli, et doctrinæ hujus Disertationis. Sit

Nota Imo: Scandalum activum ex solo genere suo esse peccatum mortale, quoties quis teneatur impedire eam occasionem, abstinendo ab opere, quod est occasio, et non abstinet, sive sit ex expressa intentione ruinæ, sive absque illa. Ratio est, tum quia est actus alteri voluntarie causam occasionem ruinæ, est contra charitatem et actum ejus, quo teneatur benefacere proximo, seu cum quis teneatur impedire, et non impedit, est voluntaria occasio: ergo etc. = tum quia omnis actus per qui est causa peccati, est peccatum; omnis autem qui scandalizat, quantum in se est, est causa sufficiens, cur proximus trahatur ad peccatum, etiamsi ille non sequatur. Ita Valentia, Sanchez, Tenenus post. Roman.

Advertendum tamen est, non semper esse mortale, si expresse intendatur ruina proximi; quia si ruina sit peccatum veniale, erit tantum veniale peccatum, illam intendere: tunc enim leve proximi damnum desideratur; et hoc venum etiamsi quis per actum peccati mortalis intenderet inducere alterum ad veniale tantum, etiam esset scandalum veniale: Ratio est, quia hujus scandali culpa quantitas ex solo proximi damno pensanda est: quod intelligendum est, nisi tantus esset affectus inducendi alium in venialem culpam, ut ea constitueret ultimum finem; tunc esset mortale: et in eo casu esset admittenda sententia Sylvestri, Rabinne, Gosello, Antonini, et aliorum.

Nota IIdo: Quando scandalum generale est, regulariter loquendo, si dictum vel factum est mortale, etiam scandalum mortale erit: et similiter si opus de se non sit malum, sed mali speciem habens, et ad

= verbum

= vertitur, fore occasionem ruinæ mortalis proximi, vel fuit gravis culpa, id non advertere. = Dixi regulariter loquendo, quia plerumque aliis peccantes excusantur a peccato scandali, vel alia videntur ita sunt in tono stabiles, ut nullo modo peccatis visis concutiantur ad peccatum moveri, vel ita pravis moribus sunt imbuti: ut peccatum alterius nihil illos immutet, nec inde argumentum sumant ad libentius vitiis vacandum, vel ita ad peccandum sint faciles et inducti, ut non concutiatur moralis eorum inductio. = Ita Doctores quos citato loco refert: quibus adde Lessium, Sanchez, et Dianam.

Porro cum in sacris literis et Doctoribus dicitur cessante scandalo opus non esse illicitum vel mortale; intelligendum est de scandalo generaliter accepto, non autem specialiter; in hoc enim raro homines laborantur. cum proximi sit Dæmonis intendere spiritualem ruinam alterius; ut bene docent Barnes, Valentia, et Becanus. His præmissis

Quæres 15. An ille, qui inducit ad peccatum, sine quo tamen ipse consummat illud, cujus videatur duorum peccatorum efficiens non intendat ruinam spiritualem proximi?

Respondeo reus videtur duorum peccatorum: Primo est, tum quia exercet actionem peccaminosam, consummando peccatum; ergo reus est proprii peccati. Deinde peccatum alienum imputatur inducenti; inducens alterum ad peccatum peccat ac peccato, quo alter peccat; contra quem peccat duplici saltem peccato. = Tum quia sicut duo sunt motus numero, quando duo mobilia moventur; ita etiam duo sunt numero peccata, quando duo peccant. = Tum quia qui aliquem inducit ad peccatum, non consummat cum eo peccatum peccati; sic minus peccat quam si cum eo consummet peccatum: ergo reus videtur duorum peccatorum, si ad peccatum alterum inducat, simul quæ cum ipso peccato consummet.

Hinc sequitur, cum qui alterum inducit ad peccatum furti, simul cum ipso committit furtum, dupliciter peccare. Uno peccato proprio, quatenus actionem injustam exercet contra proximum, auferendo ei invito Domino. Alio peccato alieno, quatenus peccatum alterius, cujus causa ipsi imputatur; quis enim excusat eum a peccato, qui est causa peccati? Ita sentire videtur Valentia, Vasquez, Lanchez, et alii.

Ex hac Quæres solicto sequuntur dubia, quæ perquisita solvendo ad discussionem. Sit itaque

Quæres 16. Quando quis aliquis censetur cooperari peccato alterius, seu quando aliquis dicendus est causa scandali activi seu alterum inducens ad peccatum?

Respondeo Id in multis casibus posse verificari. Uno quando facit aliqua, quæ de se et ex sua natura alliciunt et inducunt ad peccatum, v.g. quando invitat ad furtum, ac fornicationem, ebrietatem; hæc enim sunt ex sua natura mala; proinde qui ad talia aliquem inducit, dicitur cooperari peccato ejusdem secundo. Duo. Quando aliquid, licet de se indifferens, facit ea intentione ut alter peccet. v.g. si vendat chartas lusorias, eo animo seu intentione ut emptor se exercitet ludo vetito, vel si arma vendat, ut emptor aliquem inde occidat: nam facit actionem per ordinem ad malum finem, quæ ratione et circumstantiis quæ ad dictionem malam, est mali finis. ergo facit aliquid, licet de se indifferens, ea intentione ut alter peccet, cooperando peccato alieno. = Qui vero aliquid facit indifferens, specialiter

= norans alterum abuturum

norans alienum abusurum, non dicitur cooperari, si hoc faciat absque
intentione, ut alter abutatur. Patio est, tum quia in dubiis nullus
bonus praesumi debet, praecisa justa causa
deliter praesumendi, non est cur prastans opus indifferens praesumat prae-
rum inde arripiendum occasionem peccandi; et tum illi peccatum alienum
imputetur, tum quia magis prohemur antecedentibus, et a multis coge-
mur abstinere, dubitando sive semper et opere nostro indifferenti secute-
rum scandalum. 3tio: quando aliqua justa est sufficienti causa fa-
cti opus indifferens, quo alios crediti abusuros ad peccatum. Patio est,
quia quilibet cavere tenetur, quantum potest, a longe gravi damno proxim-
mi, proximi peccatum; aliter enim faciendo, censetur illud indirecte vel-
le, cum in moralibus perinde est non procavere malum, ac illud positi-
ve velle; qui autem facit aliquid volens proximi peccatum, dicitur
cooperari peccato illius, et consequenter peccat peccato generali scanda-
li et quidem illius speciei, cujus dat causam. = Ex quo patet
quod qui absque justa causa vendit agnos infideli, quem creditum illis
abusurum ad sacrificium, peccare peccato sacrilegii; et qui vendit libros
luxuriosos die festivi, quibus probabiliter creditum alienum abusurum ad
perficiendum festivum, peccare peccato intemperantia; et qui vendit
ornamenta feminea, quibus femina ulterius ad sollicitandos inspicer
prolectores, peccare contra castitatem, si ea vendat absque justa
et sufficienti causa: nam absque justa causa facit opus indifferens
quod creditum alienum abusurum. = Qui vero facit aliquid ex se indif-
ferens, justa intercedente causa, non peccat, quia non censetur coope-
rari, seu velle peccatum alienum, sed solum permittere juxta dicta
dicendis quaestione sequenti. Justa autem causa aliquid indifferens fa-
ciendi, quo quis credit alterum abusurum, est non solum grave dam-
num, quod ipse patiatur abstinendo ab illo opere, verum etiam alia
gravis causa, quae judicio prudentis viri justa reputatur. Ita Valen-
tia, Lessius, et alii.

Observa tamen cum Sanchez Ino, non eandem causam censeri suf-
ficientem ad excusandum a peccato scandali, quae major aliquando in-
venitur quam in aliis requiritur. Patio est, tum quia obligatio vitandi
occasionem peccatorum, est de inductionem ad peccatum consurgit ex obli-
gatione virtutis, cui opponitur peccatum, ad quod est inductio;
obligatio autem virtutis non est aequalis, sed una virtus majo-
obligat quam alia, ut a simili patebit ex infra dicendis de eo, qui se
tenetur in aliquo impedimentum, quo posito non potest praecepta ad-
implere: tum quia non omnia opera sunt aeque indifferentia, sed unum
opus aliquando remotius se habet ad malum usum, et alterum proxi-
mius. Quamobrem vendito iis oli, quamvis id olim possit ad ornatum
adhiberi, proximius se habet ad idolatriam, quam vendito agni: idolum
enim communiter ab infideli adhibetur ad idolatriam, agnus vero se-
cus ad cibum.

Observa IIdo: majorem esse obligationem vitandi peccata contra
justitiam, quam contra charitatem, ut patet tum ex rationibus proxime
allatis: tum quia per peccatum contra justitiam violatur jus alterius,
cum nullus sit invitus, seu voluntarie damnum spirituale patiatur
peccatis scandali. = Ex quo patet, majorem causam requiri in eo
qui facit aliquid, quo alter est abusurus contra justitiam, quam quando
non est abusurus contra justitiam. Ita Bannes, Salonius
et alii apud Sanchez.

Quaest. 17.

Quares 17. An peccet ille, qui facit aliquid, vel petat ab altero, qui paratus erat ad illud faciendum, seu ad peccandum.

Respondeo affirmative, etiamsi faciat vel petat aliquod opus indifferens, modo non faciat, vel petat opus indifferens ex justa et rationabili causa. — Quod non peccet, si justa de causa faciat vel petat opus indifferens, quod videlicet bene et male fieri potest, si homo enim appetitus indifferens in proprio materia, si licet, sciat alterum male facturum, seu peccaturum. **Probatur**, quia jus habet petendi vel faciendi opus indifferens, justa interveniente causa. Ubi de hac tractabit de juramento asseruimus eum, qui ex justa causa petit juramentum ab infideli, quem scit peraturum per falsos deos, aut qui mutuum petit ab usurario, quem novit non mutuaturum sine lucro. Ita Azorius, Leffius, Sebellius, et alii quam plurimi, quos simili refert de juramento et de usuris. — Quod vero peccet, si faciat opus malum vel etiam indifferens absque justa causa, patet ex alibi dictis, et ex precedenti quæsito allatis in Quæs. 16. — Addo hoc verum esse, etiamsi alter paratus sit ad peccandum, et interius peccaverit; ut tenent Sotus, Suarez, Vasquez, Filiucius, et alii: **Probatur**, tum quia non licet alteri, quamvis paratus esset reus peccati, qui alterum inducit ad ultimum perpetrandum voluntatem, aliquin misericordia aut charitatis peccatum, ad quod alter paratus erat, illum quem inducens non misereretur, quod non est admittendum: tum quia unicuique mandatum est de proximo, ille autem non consulit proximo suo, qui a peccato, qui petit opus, quod sine peccato fieri non potest, et quod alter non fecisset, quamvis animo paratus esset ad illud faciendum, ut si petat mutuum sub usuris, aut juramentum per falsos deos, aut dissolutionem maleficii per alterius maleficium etc. **Probatur**, quia petit rem malam, quam alter sine peccato facere non potest, et quamvis alter paratus sit quoad intentionem animi voluntatem, nihilominus voluntatem executioni non demandaret, si iste non peteret; consequenter petendo inducere videtur ad consummandum peccatum; consequenter obligatus est ad hanc circumstantiam inductionis aperiendam in confessione, nisi sufficienter explicata censeatur, explicato alio principali, ut si vir induxit paratam ad copulam: si petita ea, quo titulo debito, mento seminis? Ita Sanchez, Silvest., et alii communiter docentes, et alios existimantes, cum quibus non mortaliter peccare, qui petit aliquid indifferens, quo alter jam paratus est ad turpitudinem, quia hæc videtur debita cooperatio ad peccatum, inquirendi ipsi. Verum hæc ratio non videtur satis valida, et firma, ut patet ex duplici ratione a nobis allata. Et dictis hujus Quæst. et præcedentis Quæst. nempe 16 colligi potest solutio quam plurimorum casuum.

Imo ex a mortali excusari, qui domos locant usurariis etiam publicis; faciunt enim opus indifferens cum justa causa, ut proxime retulimus. Hoc tamen limita, præcise alia prohibitione, et modo non detur usura in domos. Ita Azorius, et alii, quos refert de censuris in particulari. At vero locantes domos meretricibus excusari possunt a mortali, patet ex de matrimonio quæst. 4. p. ubi ostendimus excusari per se, etiamsi ea sint aliis commode locare,

...ssit aliis commode locare, modo locent ad habitandum; et non ad
...rpiter agendum: uterutur enim pro suo, nec consentur cooperari pecca-
...illonestis, cum locus se habeat extrinsece, et nimis remote ad pec-
...ctum. Alias limitationes ibi addidi, quas te ipse consulere et videre potes.

II. Excusari posse in rigore, et per se loquendo, eos a mortali, qui con-
...tinuo iudicio minora habent, aut aliter a ea petunt, ut rei ex pro ipsis
...tentiam ferat; nam hoc pactum necessitatis causam petunt rei esse licitam.
...rtarium tenet Sanchez, cuius sententiam in praxi constanter sato propo-
...periculum fovendi inhonestum amorem inter conciuinam et iudicem.

III. Excusari posse amorali Christianos captos a Turcis navigantes
...ne mortis contra nostros: nam prestant opus indifferens, illique faciunt
...pasta se facienti causa, causa videlicet vitandæ mortis, vel gravis no-
...umenti. Idem dicendum est, si parent necessaria ad bellum, aut au-
...lium ferant ad muniendam castra. Ita Molina, Azorius, Reginus, et alii relati
...me de Censuris et de Restitutione contra nonnullos alios.

IV. Excusari famulos comitantes herum, dum ad meretrices accedit,
...ab hujusmodi comitatu desistere nequeant absque gravi detrimento:
...iuriter enim pro suo facientes actionem ex se honestam. Vide, que
...m de matrim , ubi hunc casum fusius explicavi.

V. puellam, qua se prabet conspicitendam ad oblectandi, a que secuti
...piter concupiscendam, peccare mortaliter peccato gentali scandali,
...cata opera se prabet illius conspectui absque necessitate, sue ex
...radam vanitate, non ignorans turpem ad obsentis amorem. Secus
...hoc faciat ex aliqua necessitate, vel utilitate, aut ne se privet sua
...ibertate, vel pro exeundi domo, vel standi ad ostium domus, vel ad
...enestram; ut cum Cajetano, Azorio, Sanchez, et aliis tradidi de matri-
...imonio , quibus ad de relinquitur.

VI. Custodes vineanum, qui sese abscondunt, ut viatores illuc ingredi-
...entes semel deprehensi abstineant in futurum ab ingressu, excusari
...peccato; nam pacta ex causa exercent actionem ex se indifferentem.
...ta Navarrus, Luisius, Turrianus. Secus si hoc faciant, ut viato-
...es libere ingrediantur, deinde compellantur ad pena solutionem; non
...enim ad est sufficiens causa abscondendi se cum periculo peccati, et
...etrimenti proximi.

VII. ...tum, qui precibus adolescentis victus pingit imaginem pu-
...ella, mortaliter peccare, si credat, adolescentem imaginem adhibitu-
...rum ad libidinem: Ratio est, quia traditio talis picture homini
...sit deputata, est gladii donatio gladii parato occidere. Ita Azorius,
...et alii Doctores citati. = Non est tamen hoc ita intrinsece
...malum, quin aliquando liceat; imo cum hoc actio de se
...indifferens sit, et bonus usus describere possit, ac proinde ex aliqua
...gravi causa honestari, mortale peccatum non committeret, talem
...imaginem depingens ex metu mortis vel vulneris: amasio autem
...tuæ ex tali pictura non esset causa gravis. Et sic conciliantur Doc-
...tores inter se. Azorius, Bonacina, contra Sanchez, et Castrum Palaum.

VIII. ...t eos graviter peccare, qui absque justa causa ostendunt pruden-
...da, aut cooperiunt vestibus diaphana et tenui, ut ab aliis conspici-
...antur: præbent enim occasionem ruinæ per actionem non indifferen-
...tem, seu potius turpem et inhonestam. Femina vero utentes ea ex te-
...nui, ita ut pectora et mamillæ solum inspiciantur, excusari possunt
...a mortali, ut docui de Matrimonio q. a , in positionibus editionibus,
...ubi etiam nonnullos alios casus certe dignos adverti.

IX. Excusari posse parentes aut heros, qui filiis vel famulis non ad-
...ferunt occasionem furandi, ut de ipsorum fidelitate experimentum capi-
...ant, ipsos que

=ant, ipsos qui in futurum a furto patrando avertant: non enim
faciunt, vel petunt actionem aliquam intrinsece malam, seu prestant de
=sa negative, se habent, permittentes furtum ob majus bonum. Ita Sanchez
et alii. Secus dicendum puto cum Emanuele Sa contra Navarrum, si ex
=rant filiis vel familiis occasionem furandi: nam hæc non videtur pos
=se, nec actio indifferens, seu potius videtur opus intrinsece malum, et de
=peratio ad peccatum.

X. eos mortaliter peccare, qui vendunt vinum iis, quos probabiliter
credunt lapsuros in ebrietatem, nisi ser ficiens causa ipsos moveat ad
=num ipsis vendendum, qualis causa sit per se loquendo: si non videtur lucrum
quod ipsis cessaret non vendendo vinum in tali eventu: nam hujusmodi
=rem, sit per se loquendo: si non videtur tanti momenti, ut præferendum sit occa
=peccati, in quod alter prolabitur. Ita Valentia, Rodriguez, Sanchez, et
=tra Emanuelem.

XI. Excusari virum, qui cum habeat de uxoris adulterio suspicionem, ad
=mittit secum testes idoneos ad observandum, num adulteretur, ut eam pos
convincat de crimine adulterii; non enim facit actionem intrinsece mal
nec offert uxori occasionem peccandi, seu eam non auferit, permittens peccat
ut sibi consulat; consequenter maritus in tali eventu potest facere divorti
ficium enim est conjugi innocenti divertere a conjuge nolente, in cujus
adulterium non consensit, ut patet ex dictis de matrimonio, cum Sanchez et
=tentem sollicitanti consensum ficte præbeat, ut amasius deprehendatur
et percutiatur; hæc enim est actio intrinsece mala, et censetur inducti
cooperatio ad peccatum amasii. Ita Sanchez cum Antonio Gomecio, L
tamen observant in foro externo amasium posse pro qualitate injuriæ
=cuti a marito, non tamen posse impune occidi, nisi deprehendatur in
adulterio.

Quæres 18.

An ille mortaliter peccet, qui facit aliq
opus indifferens, quo alter, jam paratus ad peccatum, abutetur; et q
illud indifferens ~~alter~~ faceret talibus, etiamsi ipse non faceret: vg Titi
in die festi præparat cibos, quos paratos jam ad frangendum jejunio
quos cibos aliter porrigeret, si Titius porrigere denegaret: aut si Titi
vendat ornamenta mulieri, quibus credit ipsam abusuram ad tur
=per solicitandos adolescentes, quæ ornamenta ipsi venderentur ab ali
Titio ea non vendente.

Respondeo. non peccare illum mortaliter, modo faciat opus in
=ferens et remote concurrens ad peccatum. Ratio est, tum quia hæc
=lus talis cooperatio, quæ non videtur sufficere ad mortale: tum
quia si mortaliter peccaret, id maxime ideo quia non evitat alterius
peccatum, quod alioquin teneretur evitare; seu hæc ratio non ad
quia etiamsi ipse abstineret a tali opere, adhuc non evitaret pe
=catum, cum adsit alius, qui hoc idem faceret: ergo non peccat mo
=liter. = Secus dicendum est primo si faciat opus intrinsece malum
nam opus intrinsece malum semper est evitandum, cuivis peccatur
Secundo si faciat opus quamvis indifferens, quod proxime se habet ad
ad peccatum, seu censeatur proxima peccati causa: nam hujusmodi opus
fugiendum est, nisi urgens causa ad illius faciendum compellat, ut pat
ex rationibus supra allatis. Ita Sanchez. Hinc
Sequitur 1mo, vendentem ornamenta, quibus mulier, jam parata ad
=utetur, excusari posse a mortali; si ipse non vendente alter venderet, et
si hoc faciat pietatis causa. Ita Sanchez et alii.
Sequitur 2do. excusari cauponem et tabernarios parantes cenam, ut
pentacostem nativitatem, aut hominibus nolentibus jejunare, qui alio
cibo inveniret, ipsis

sos inveniret, ipsis non parantibus cenam, vel pentacelum. Ita
Navarrus, Azorius, Sanchez, alii.

Quod excusari possit a furtum, si negotiant vel debitent, an noceas proximo
teneatur ad restitutionem, aut habeat respicientem rationem et teneatur
si deprehendatur furtum. Ratio est, quia excusantur, est, tum quia si nollent
prædictis debitis ac talem cibos parare, destituerentur hospitibus, non possent
vendere res suas vendere, et notabile damnum facile subirent: tum quia ne-
cessitatibus ipsis cibos parare, peccatum adhuc non impedirent. Nam alii
inde inveniunt cibos, ut supponitur: tum quia non sufficienter concurrere
ad damnum, ut est fructus furtii, seu ut est quid deserviens ad rem
furtivam, quod non est omnino intrinsece malum, seu indifferens. Ita Valentia,
Medina, alii apud Sanchez. = Hac eadem de causa excusari possunt
famuli parantes mensam, aut mensæ inservientes, aut coquentes cibos.
Ita Emanuel, Sanchez, et alii. Imo Azorius cum Cajetano excusat eum
qui causa urbanitatis vel benevolentiæ in die festivo invitat amicum
ad cenandum secum, sciens ipsum esse virum probum et timentem Deum,
quamvis talis actus amicitiæ et benevolentiæ hoc fini sit serio, ut alter inducatur
ad violandum festivum. Sed de hac re infra erit, dicam agendo de
festivo.

Quæres 19. An peccet, qui consulit minus malum para-
to facere majus, aut qui consulit majus, parato facere minus?

Respondeo. non peccare, si consulat minus parato facere majus. Secus
si consulat majus, parato facere minus. ut ostendi de re-
stitutione disp. 1. q. 2. et deinceps.

Quæres 20 An ille, qui alios induxit suo exemplo ad furtum
vel homicidium, vel ad aliud delictum cum tanto damno proximi, tene-
atur ad restitutionem?

Respondeo negative, si id fecit absque vi, vel fraude illius, quem
exemplo suo ad talia delicta induxit, etiamsi prave animo hoc fecerit.
Ratio est: quia non facit illi injuriam, cum scienter et non invitum in-
duxit ad talia delicta; scienti autem et volenti non fit injuria. = Se-
cus dicendum est, si vi vel fraude alios induxit suo exemplo ad talia
delicta, sic tenetur ad restitutionem communem secutorum ex illius modi delictis.
Ratio est quia sic illos inducens facit eis vim injuriam, cum illos
sic seducat et impellat et invitos.

Quæres 21. An ille, qui alios induxit suo exemplo seu
facto ad peccatum, teneatur in Confessione dicere, se alteri causam
ruinæ dedisse?

Respondeo. affirmative, quoties consideratis circumstantiis
personarum prudentium probabiliter timere potest ex suo delicto
vel facto aliquem sequendum esse a circumstantibus, qui alioquin non pec-
cassent, aut sequendum esse peccandi occasionem, ut patet ex rationibus
supra allatis. Hoc tamen intelligendum est, modo non haberet suf-
ficientem causam et rationem faciendi illud opus, ex quo alii occasionem
peccandi arripuerunt, ut constat ex dictis. Ita Vasquez, Sanchez, et alii,
quos refert in illatione post primam propositionem.
Ex quo fit, ut publice peccantes obligari videantur ad circumstantias scan-
dali manifestandas in Confessione, ob periculum, cui se exponunt ruinæ
proximi. = Addo cum Sanchez, Filliucio, et communiter esse, quando-
fieri potest, numerum personarum, quibus dato est occasio ruinæ, adsunt
enim peccata numero distincta; vel saltem dicendum est, personas esse quia
tenentur se ex parte objecti, ut in simili docui de Pœnitentia. Objectum au-
tem non est circumstantia actus, sed constituit actum in suo esse individuali.

Idem docet

Idem docet Petrus Sotus, Paulus Layman, Henriquez, asserentes in fine explicandam esse circumstantiam circa quid, si attingat quantitatem ad veluti integritatem substantialis objecti. Vide dicta de Penit.

Observa tamen cum Navarro, Sanchez, Azorio, Dianne, Vasquez, et aliis, qui facit aliquod opus malum coram aliis, quod probabiliter credit non esse cohibens occasionem pravi sui operis, non peccare mortaliter peccato speciali generali scandali, consequenter non teneri ad hanc circumstantiam in confessione declarandam; quia non dicitur, alterum inducere ad peccatum, nec esse causa moralis ruina proximi. Quapropter committens aliquod malum coram viris probis, quos probabiliter putat fore, ut suo delicto non offendantur ad peccandum, non peccat peccato scandali, nec tenetur hanc circumstantiam in Confessione aperire. Idem dicendum censeo, si peccatum committat coram iis, qui jam ita sunt parati et preparati ad peccandum, ut peccatum animantur ob peccatum ipsius, ut patet ex ratione mea allata. Ita Navarrus, Sanchez, et alii. = Secus si peccatum coram iis committat, quos verisimiliter credit, vel dubitat pravo suo exemplo ad peccatum invitandos et animandos; hunc enim jam diximus teneri ad peccati scandali circumstantiam in Confessione aperire.

Adde teneri cum, etiam speciem peccati, ad quod alterum inducit, ob hoc, vel exemplo, aperire; species enim in Confessione expenenda sumenda est ex inductione commissi. Ita Vasquez, Sanchez, Filliucius, et alii communiter.

Quares 22. An peccatum committendum sit ad vitandum scandalum proximi?

Respondeo negative. **Ratio est**, tum quia nullum peccatum etiam veniale ordinabile est in aliquem finem bonum, habet enim malitiam quamdam respectu finis infinitam, adeo ut a nulla bonitate finis exhauriri possit, quale est mentiri ad servandam totam aliquam provinciam etc. = Tum quia quisque debet se potius magis diligere quam alterum, quod non faceret, si vellet potius offendere Deum, quam permittere, ut proximus offendat. Sepe tamen fit, ut propter finem debitum opus sit se malum, quod aliogui in malum peccatum, ita non peccare, non audire Sacrum etc., propter magnam causam sufficientem tunc enim praeceptum illud exhibit obligare, quia vis tunc a praecepto eliditur, vel transit in naturam consilii vel permissionis, ut ex prohibitionis. Et hic patet nunquam licere facere contra ullum affirmativum praeceptum juris naturalis ad vitandum scandalum: quia autem praecepto affirmativo sive divino, sive humano, sive naturali, sive positivo publicis, interdum est omittendum propter scandalum, cum enim praecepta affirmativa non obligent ad semper, ob aliquam circumstantiam fit, quod non obligent tali sui observationem isto vel illo tempore.

Quares 23. Quid faciendum et omittendum sit ad vitandum scandalum infirmorum, vel ad vitandum scandalum Pharisaicorum?

Respondeo Ad vitandum scandalum infirmorum oportet posse et omittere id, quod sine peccato fieri, aut omitti potest: ad vitandum vero scandalum Pharisaicum nihil necesse est facere aut omittere cum detrimento spirituali aut temporali: etsi absque peccato fieri aut omitti possit, est regula communis ex D. Thoma art. 4.

Ratio 1mo patris est: quia praeceptum charitatis nullum proximo necessitate spirituali constituto succurri, quantum commode fieri potest: atque ita, qui ex infirmitate, aut ignorantia per nos huc

factum incursans est

ctum incursum est peccatum, versatur in magno salutis discrimine etc. Hoc tamen intelligendum est, quando scandalum pusillorum aliter vitari non potest; nam in primis et ignorantes debent doceri, et his redi sufficiens ratio facti; quod si noluerint, et post rediam dictionem adhuc scandalum dixerit, jam transit in ipsorum scandalum in scandalum pharisaicum et malitia.

Ratio 2da pars est: quia qui scandalizatur et malitia, non est in ea necessitate spiritus constitutus, ut debeat cum alterius notabili detrimento ad evitandum. Hic tamen duo sunt observanda: 1mo, charitatem sic agere, ut cum scandalum etiam pharisaicum sine notabili detrimento vitari potest, non facile proximo offeratur occasio peccati, non etiam is, qui et malitia peccat, est in aliqua spirituali legestate constitutus. 2da. nullum praeceptum etiam humanum esse negligendum propter vitandum scandalum et malitia; cum enim non tenemur illud scandalum vitare, vere censeremur violare legem, quod est intrinsece malum, ac proinde nullo casu faciendum.

Ex his dictis sequitur opera consilii non esse dimittenda propter scandalum et malitia, seu obscandalum et infirmitate aliquando esse differenda, 2da. filius tenetur ad breve tempus differre ingressum religionis, si inde parentes graviter turbentur, non tamen ad longum tempus, quia si pergant id scandalizari, scandalum eorum erunt in pharisaicum.

Quae hactenus dictimus, faciunt ad cognoscendam distinctionem peccatorum numericam peccatorum, quae describitur aliquando ex objectis, circa quae actus successive versantur, aut ex morali interruptione actuum voluntatis, aut etiam ex alius circumstantiis, vel finibus, aut jam explicavimus. An vero distinctio numerica peccatorum existimatur aliquando ex multiplicitate praeceptorum, patebit ex infra dicendis ex dictione monitsequenti, q. 1. art. 2. Sit itaque

Dissertatio V.

De distinctione Peccatorum Specifica.

In praecedenti Dissertatione locuti fuimus de distinctione peccatorum numerica; in praesenti vero loquemur de distinctione peccatorum specifica, et quidem

Thesis Ima erit: Unde specifica distinctio peccatorum desumatur?

Quaestio IIda erit: de differentia seu distinctione specifica peccati omissionis a peccato commissionis?

Quaestio IIIia erit: de differentia seu distinctione peccatorum contrariorum et oppositorum? Sit itaque

Quaestio I.

Unde specifica distinctio peccatorum desumitur?

Pro hac re inquiremus, 1mo an distinctio specifica peccatorum desumatur per ordinem ad privationem perfectionum specie diversarum? 2do an per ordinem ad praecepta et eodem motivo? Et hoc articulo immediate fluet sequens 3tius, qui erit: an distinctio specifica peccatorum desumatur per ordinem ~~ad privationem perfectionum specie diversarum per~~ ad praecepta et diverso motivo praecipientia? Sit itaque primus

Articulus I.

Articulus I.

An peccata specificentur, id est, specie distinguantur per ordinem ad privationem perfectionum specie diversarum, quibus privant.

Antequam nos huic Articuli titulum resolvamus, aliquas sententias premittimus. Itaque

Sententia Ima est Doctorum multorum asserentium, ut D. Thomas, Gaietanus, Pesantius, Villalpandus, et alionum existimantium, peccata distingui penes diversas perfectiones et objecta formaliter sumpta, quatenus specialem habent oppositionem cum recta ratione: sicut furtum decem aureorum distinguitur specie a peccato rapinae decem aureorum, si decem aurei, qui sunt in furto et rapina, habent specialem oppositionem cum recta ratione, ratione specialis rationis existentis in furto, et aliam decem aureorum materialiter et secundum se consideratorum, quae sit diversa specialis rationis. Haec doctrina vera est, seu conveniat cum principiis: quia nihil aliud est, distingui secundum objecta formaliter sumpta, quatenus scilicet oppositionem habent specialem, quam distinguere penes diversas perfectiones, quibus peccata privant; peccatum enim ponitur in specie per privationem perfectionis seu rectitudinis, et honestatis debitae actui seu honestati et rectitudini debitae ex objecto, et per ipsum distinguitur: ergo peccatum distinguitur penes objecta.

Addit D. Thomas, et alii communiter, peccata specie distingui secundum diversas circumstantias. Verum haec distinctio non videtur necessaria, nec addit aliquid diversum ab ea, quod in nostro quaesito nostra sententia asseremus: nam quando dicimus, peccata distingui penes diversas perfectiones, quibus privant, dicimus etiam distingui secundum diversas circumstantias habentes ad rectitudinem perfectionem diversam.

Sententia IIda est: aliquorum Doctorum putantium, peccata distingui specie per ordinem ad virtutes, quibus opponuntur: furtum etiam ideo circo specie distinguitur a blasphemia, quia illud est oppositum justitiae, haec religioni; sicut autem justitia et religio differunt specie, ita etiam furtum et blasphemiae specie differre, dicendum est. Ita Scotus, Gabriel, et alii contra Azorium.

Verum isti Doctores non sufficienter assignant distinctionem specificam peccatorum, quia eidem virtuti opponi possunt peccata specie diversa, ut sunt peccata furti, rapinae, adulterii, etc. quae virtuti justitiae opponuntur, et sunt peccata specie distincta. Itaque concedo peccata diversis virtutibus opposita esse specie diversa, quia continent privationem perfectionis specie diversae: nego tamen ex oppositione solum ad virtutes specie diversas colligi distinctionem specificam peccatorum, ut modo probavimus. Sit igitur nostrum sentire

Quaest I An peccata specificantur, id est, specie distinguantur per ordinem ad privationem perfectionum specie diversarum, quibus privant?

Respondeo affirmative. Ita Martinus Becanus, nec dubitare videtur D. Thomas, Valentia, Pesantius et alii communiter.

Ratio probativa est: quia peccatum formaliter consideratum consistit in privatione debitae perfectionis et rectitudinis; seu privatio specificata a forma, cujus est privatio: ergo peccatum specificatur a perfectione et rectitudine, quia privat; si ergo rectitudo et perfectio, quia peccatum privat, sit diversa specie, sequitur etiam, peccata distingui specie per ordinem ad hujusmodi perfectionem et rectitudinem, quia privant. Propterea peccatum furti differt specie a peccato rapinae, quia perfectio et rectitudo, quae caret furtum, est distincta specie ab ea, quae caret rapina; furtum enim

quod consistit in

quod consistit in occulta acceptione rei alienæ facta coram domino, scienti domino, vel cum opinione scientiæ domini, caret ea perfectione, quæ raptor et suppositione, quòd voluisset circa aliena in præsentia domini operari, tenebatur bene operari absque injuria et violentia domini: cum ergo perfectiones debitæ actui furti, et rapinæ sint diversæ speciei, sequitur etiam furtum et rapinam esse peccata specie diversa; quia consistent in privationibus perfectionum specie diversarum: consequenter dicendum est, peccata specie distingui per ordinem ad diversas specie perfectiones.

Articulus II.

Utrum peccata specie vel numero distinguantur per ordinem ad diversa præcepta, quibus aliquid præcipitur, vel prohibetur ex eodem motivo?

Pro quo titulo Articuli resolvendo statuitur

Quæres. 2. An peccata specie vel numero distinguantur per ordinem ad diversa præcepta, quibus aliquid præcipitur, vel prohibetur ex eodem motivo?

Respondeo negative: Peccata non distinguuntur specie vel numero per ordinem ad diversa præcepta, quibus aliquid præcipitur, vel prohibetur ex eodem motivo.

Patet est: tum quia sequeretur, desiderium rei alienæ et furtum rei alienæ esse peccata specie diversa, cum prohibeantur distinctis præceptis; furtum enim prohibetur septimo, desiderium vero rei alienæ directe vetitur decimo Decalogi præcepto; falsum autem est, desiderium rei alienæ, et furtum rei alienæ esse peccata specie distincta. = Fit quod fieri posse, ut desiderium quantumvis rei alienæ aliquando sit unum solum numero peccatum, ut patet in eo, qui ex affectu rei alienæ movetur ad furandum, nulla interposita mora: = tum quia peccatum formaliter consistit in privatione perfectionis debitæ; eadem autem privatio reperiri potest in aliquo actu prohibito, uno vel pluribus præceptis; = tum quia peccatum unius est unius specie, et aliquando est unum numero peccatum, si uno actu committatur, quamvis tribus præceptis adversetur, naturali, divino, et humano, quæ præcepta ex eodem fere, seu motivo, seu intuitu ejusdem virtutis lata sunt; ergo distinctio peccatorum non desumitur a distinctione præceptorum. Ita Valentia, Vasquez, Sanchez, et alii statim citandi; et probatur Covarruvias, per vota sæpius repetita, non multiplicari obligationes.

Neque obstat dicere, eum, qui facit aliquem actum prohibitum multis præceptis, committere tot inobedientias, quot sunt præcepta, consequenter tot peccata committere, quot sunt præcepta.

Respondeo enim, eum committere generalem inobedientiam contra singulas præcepta, ut indicavi de scientia, non vero tot speciales inobedientias, quot sunt præcepta; duplex enim est inobedientia, una generalis, altera specialis: specialis inobedientia est, quando quis transgreditur præceptum ex contemptu expresso superioris præcipientis rem præceptam, vel agendo contra id, quod præcipitur, vel omittendo id, quod præcipitur. Dixi

Hinc ergo patet, peccata non distingui penes diversa precepta conditaeo eodem motivo, ut patet ex rationibus aliatis.
Secus dicendum est, si peccata prohibita sunt pluribus preceptis, et diversis motivo conditis. Et ratio quia ista, non patebit in responsione. Pro quo sit

Articulus III.

An peccata illa specie, vel numero, distinguantur per ordinem ad diversa precepta, quibus aliquid ex diverso motivo praecipitur vel prohibetur?

Pro hoc titulo pariter resolvendo statuitur

Quarto 3. An peccata illa specie, vel numero, distinguantur per ordinem ad diversa precepta, quibus aliquid ex diverso motivo praecipitur vel prohibetur?

Respondeo affirmative. Patet est: quia precepta lata ex diversis motivis constituent materiam praeceptam in diversis speciebus habitibus et perfectionibus; peccata autem diversis specie virtutibus et factionibus opposita sunt specie diversa: ergo peccata, quae opponuntur praeceptis et perfectionibus ex diverso motivo praecipientibus aut prohibentibus specie distinguentur. = Ethis et praecedentis articuli dictis

Ex dictis sequitur Imo. Sacerdotem, alium ve sacris Ordinibus initiatum duo talem peccata committere, si in actum venereum consentiat; nam actus venereus prohibitus est Sacerdoti ex variis praeceptis, et diverso motivo conditis, ex motivo scilicet et virtute castitatis, et ex motivo religionis ac quam spectat votum, quod per actum venereum violatur.

IIdo: Religiosum particularem, qui non peperat die Veneris, in quem incidit vigilia alicujus Sancti ex praecepto colenda, committere duo peccata unum contra praeceptum Ecclesiae latum ex motivo virtutis temperantiae alterum contra votum, quod ex motivo religionis omittitur; Franciscus enim ex voto tenetur ieiunia servata perficere. Ita Vasquez, et alii communiter.

IIIio: eum, qui Sacerdotem occidit, committere plura peccata specie distincta, quia facit contra plura praecepta ex diverso motivo imposita: nam per hanc peccatum actum homicidii non solum facit contra praeceptum justitiae, verum etiam contra praeceptum reverentiae Sacerdoti debitae.

IVto. eum, qui semen aut sanguinem in loco sacro voluntarie emittit efficit, plura peccata committere, unum contra castitatem semen voluntarie effundendo, aut contra justitiam sanguinem eliciendo; alterum contra reverentiam loco sacro specialiter debitam ex praecepto Ecclesiae praestito, ut locus sacer amittat consecrationem et sanctitatem, nova qua indigeat reconciliatione, si per voluntariam sanguinis vel seminis effusionem polluatur.

Secus dicendum puto de blasphemia, vel turpiloquio, aliisve turpibus actibus in Ecclesia perpetratis, quibus Ecclesia non polluitur: haec enim non sunt ab Ecclesia specialiter prohibita ratione loci sacri, quamvis et se gravissima peccata sint, juri naturali et divino repugnantia. Ita Vasquez, Clavis Regia, Suarez, Sanchez, et alii, quos refellit de sacrilegio in materia generali.

Vto. sequitur, eum, qui non peperat die Sabbati, vel Dominicae prima, Quadragesimae vel alterius hebdomadae, in quem incidunt tempora, simul cum vigilia alicujus Sancti, non committere duo peccata numero distincta, unum contra praeceptum Ecclesiae ieiunandi, et alterum contra praeceptum perseverandi in temporibus, vel in vigilia alicujus Sancti; nam haec plura praecepta non praecipiunt peccatum ex diverso motivo, et ex

motivo, et diversa virtute, sed eo motivo temperantiæ. Ita Vasquez alii doctores contra Navarrum.

I. eum, qui die Dominico, in quem incidit dies festus alicujus Apostoli, vel alterius Sancti, ob hoc sacrum non audit, non committere duo peccata, unum contra præceptum ~~de festendi sacro in festo Apostolorum~~ audiendi sacrum die Dominico, alterum contra præceptum de festendi sacro in festo Apostolorum. Ita Azorius, Vasquez, Charis Segia, Sanchez et alii communiter contra Navarrum existimantes eum, qui facit contra plura præcepta committere plura peccata, necessario applicanda in confessione.

II. eum, qui facit contra idem votum sæpius repetitum, et multiplicat non committere plura peccata, etiamsi votum per iteratam voti emissionem intendat sibi novam obligationem imponere. Ita Sanchez, Sylvester, alii, quos refert Sanchez contra nonnullos alios. Ratio est, quia si per multiplicationem possit quis sibi plures obligationes imponere, possit etiam unica vice; sed unica vice non potest sibi plures obligationes imponere, cum materia sit una, et præcipitatur sub eadem ratione, et eodem modo ejusdem virtutis: ergo neque potest per iteratam voti emissionem plures sibi obligationes imponere, consequenter faciendo contra idem votum sæpius repetitum non committit plura peccata.

Addo, hanc non esse circumstantiam necessario applicandam in confessione, cum sit unum peccatum contra unum votum, vel diversas obligationes ejusdem rationis, ut bene docet Vasquez, et alii citati D.D.

III. eum, qui plura beneficia possidet, si divinum Officium omittat, non committere tot peccata, quot sunt beneficia. Item. Sacerdotem beneficiatum non committere duo peccata omittendo divinum Officium, quam facit contra obligationem beneficii, et contra obligationem Ordinis sacri: nam ista obligationes impositæ sunt ex eodem motivo religionis, ut Sacerdos et beneficiatus rebus sacris vacet; hoc tamen intelligi, quantum committit, ut docui de Horis Canonicis.

IV. eum, qui facit aliquid prohibitum duplici præcepto, vero simplici, et altero habente adjunctam excommunicationem, committere unum tantum peccatum, modo præcepta lata sint eodem motivo: peccatum enim non ideo pertinet ad novam speciem, quod prohibeatur sub excommunicatione, seu potius ideo, quia prohibetur ex diverso motivo, et hoc pacto intelligendus est Henriquez asserens, peccatum accipere novam speciem malitiam ratione excommunicationis adnexæ, si invicem adsint diversa motiva; si vero unum tantummodo motivum, est unum specie peccatum, ut si furtum interdicatur sub excommunicatione, cujus virtutis intuitu virtutis positivo prohibitum est. Ita etiam explicandus est Covarruvias, dum asserit, peccato non addi novam speciem malitiam ratione excommunicationis adjunctæ.

Hinc ergo patet excommunicationem per se loquendo non conferre peccato novam speciem malitiam. Ita Cajetanus, Valentia, alii, quos refert de Sacrd. disp. 4. ubi quærit, utrum excommunicatus duo peccata committat recipiendo Eucharistiam in peccato mortali.

Sin vero peccatum, quod aliquin fuisset veniale, fiat mortale ratione excommunicationis adjunctæ, patet ex dictis de Censuris et de legibus, fieri mortale, non ex vi excommunicationis præcise, sed ex vi præcepti prohibentis sub excommunicatione, quare sine mortali culpa non incurri, constat ex regulis generalibus. Ita Cajetanus, et Valentia, Suarez, et alii, quos in simili refert de Legibus et de Censuris.

Quæstio II

De differentia seu distinctione

Quæstio II.

De differentia seu distinctione specifica peccati omissionis a peccato commissionis.

Præmissa doctrina de distinctione ~~peccatorum~~ tum numerica tum specifica peccatorum in genere, de eorundem distinctione in particulari in præsenti agere aggredimur, et quidem de distinctione peccati omissionis a peccato commissionis.

Articulus I.

An peccatum omissionis specie differat a peccato commissionis non solum, si hæc duo peccata materialiter considerentur, verum etiam si considerentur formaliter, seu secundum propriam inordinationem et malitiam? Et an peccatum commissionis pœnis paribus, sit gravius peccato omissionis?

Hujus Articuli titulus habet duo membra, quæ per speciales quæsita proponunde, ac resolvenda sunt. Quapropter sit

Quæres 1. An peccatum omissionis specie differat a peccato commissionis?

Respondeo. affirmative, et quidem specie differunt non solum si materialiter hæc duo peccata considerentur, verum etiam si formaliter secundum inordinationem et propriam malitiam considerentur. **Ratio** est: primi, nempe hujus, quod specie differant si considerentur materialiter, patet: quia peccatum omissionis consistit in privatione non solum debitæ rectitudinis, verum etiam substantiæ actus; peccatum autem commissionis non consistit in privatione actus, sed in privatione rectitudinis debitæ actui. Unde qui non comedit, dum necessaria est comestio ad vitam sustentandam dicitur committere peccatum omissionis, consistens in privatione comestionis et rectitudinis debitæ tali actui: et differens specie a illo, quo quis nimium comedit cum periculo sanitatis, in quo actu consistit peccatum commissionis, consistens in actu carente debita rectitudine, quam actus habere debebat ad vitam conservandam temperate vivendo. Ita S. Thomas, Vasquez, Pesantius, Valentia, etc. Tolet citandi.

Ratio 2da partis: nempe hujus, quod peccata commissionis et omissionis differant specie, si formaliter considerentur et secundum ordinationem et malitiam: est hoc: quia peccata distinguuntur specie per ordinem ad diversas perfectiones, quibus privant: peccata autem commissionis et omissionis privant perfectionibus diversis, habentque specialem oppositionem cum recta ratione. Quis enim non videt peccatum odii contra Deum, quod est peccatum commissionis esse distincta rationis, diversam quæ oppositionem habere cum recta ratione, quam habeat peccatum omissionis, quo quis non diligit Deum

tempore præcepti: hem

mpore præcepti : = tum quia aliud peccatum est omittere
et missam, quod est peccatum omissionis, aliud irreverenter et
impiosse tractare missam verbis obscenis et blasphemis, quod
est peccatum commissionis. Ita Paris, Segia, Azorius, et alii.
Duo dissentit Decanus, negans, hoc dico peccata semper inter se differre
contra D. Thomam, Valentiam, et alios asserentes, peccatum omissionis
nomie et formaliter non differre a peccato commissionis.

Quæres. 5. Et an peccatum commissionis factenis paribus
sit gravius peccato omissionis?

Respondeo affirmative. Ratio est, quia peccatum commissionis
immediate privat bonitate debita actui, ut patet in homicidio, quod
immediate privat bonitate, quo deberet esse in actu circa proximum:
peccatum vero omissionis mediate tantum privat bonitate, cum hujus-
modi peccatum immediate consistat in privatione actus, mediate in priva-
tione bonitatis, quo deberet inesse actui, ut constat exemplo omissionis
sacri in die festo, quia consistit immediate in privatione actus audiendi
sacrum, mediate in privatione bonitatis, quam talis actus habere deberet.
Ita communiter Doctores cum S. Thoma.

Ad hinc transeamus ad id, nempe quo tempore incurratur peccatum
omissionis. Pro quo sit

Articulus II.

Quo tempore peccatum omissionis, et quando malitia pec-
cati omissionis incurritur? Et an peccatum omissionis sem-
per cum aliquo actu incompossibili, qui
sit causa peccati omissionis saltem extrinseca
et per accidens?

Nota pro hinc tribus punctis. 1mo in peccato commissionis et omis-
sionis duo consideran posse, 1mo commissionem ipsam vel omissionem
ipsam, vel malitiam commissionis et omissionis. = Hoc po-
sito difficultas est: 1mo quo tempore incurratur ipsa omissio,
2do quo tempore incurratur culpa et malitia omissionis.

Quæres. 6. Quo tempore incurritur omissio?

Respondeo = Omissionem incurri eo solum tempore, quo implen-
dum est præceptum. Propterea omissio sacri incurritur eo
solum hora, qua Missa sacra audienda est: omissio correctionis
fieri solum contingit, quando correctio facienda est, et sic de cæteris.
Ratio est: quia omissio nihil aliud est, quam privatio actus debiti ex
præcepto tali tempore, seu non est privatio talis actus, nisi eo tempore,
quo implendum est præceptum, cum privatio supponat debitum et ac-
tus non sit debitus ante tempus, quo præceptum implendum est: ergo
omissio incurritur eo solum tempore, quo præceptum implendum
est. Ita Sanchez, Alexander Resarius, Filliucius, et alii docto-
res statim citandi post sequentem resolutionem.

Quæres. 7 Quando nam malitia peccati omissionis in-
curratur?

Respondeo, si omissio contingat eo tempore, quo homo non
habet rationem et libertatem, vel quo tempore est in ipsius potesta-
te præceptum

te præceptum adimplere, malitiam incurri, quando apponi causa omissionis, modo tunc adsit advertentia futuræ omissionis. Quamobrem, qui se dat somno provident fore, ut non sit a somno tali tempore audienda Missa, incurrit malitiam omissionis sacrificii, dum apponit causam omissionis sacri, id est, quando se dat somno prævidens sacri omissionem. Ratio est, tum quia qui se exponit periculo peccandi, peccat, sed qui dat causam sufficientem peccati, exponit se periculo peccandi, id est, omittendi [illegible] et præcepto debitam, ergo peccat, dum causam omissionis apponit: quia sicut qui dat causam homicidii sciens in obliquo, vel in actione, contrahit culpam homicidii, quando dat causam homicidii, et frustra se profitet, tunc peccat, dum in ipsius potestate est, se exercere desistere, et casum impedire, et qui propinat alteri venenum, tunc peccat, dum venenum porrigit, et mortem seu damnum impedire potest: ita qui dat causam omissionis, incurrit malitiam omissionis, dum præbet illius causam.

Quod sit, ut qui dat causam omissionis sacri per somnum, si dormiat a somno, et mutata voluntate Missæ sacrificium audiat, antequam terminus audiendo Missæ elabatur, non excuset a peccato omissionis, quia voluntaria dat causam omissioni, etiamsi postea rem præceptam adhuc omnino non omittat. Ita Azorius, Valentia, Sanchez, Beccanus, Reginaldus, Filliucius, et alii.

Dixi in responsione, si omissio contingat eo tempore, quo homo non utitur ratione, quia si omissio contingat, dum homo utitur ratione, est qui compos, ita ut in ipsius potestate sit præceptum adimplere, malitia omissionis non solum incurritur, quando ipsius causa ponitur, verum etiam, quando ipsa omissio contingit. Ratio est, quia ipsa omissio tunc temporis est voluntaria, et impediri potest, debet, cum adsit usus rationis et advertentia, et potestas impediendi: ergo si non impediatur, tunc temporis ad culpam imputatur. Quamobrem qui se libere exponit, prævidens se libere detinendum, dum Missa sacra audienda est, incurrit malitiam omissionis, non solum eo tempore, quo se libere exponit, cum omissio sacri tunc temporis sufficienter sit voluntaria: verum etiam eo tempore, quo Missa audienda est: nam ultimum vero qui se libere dedit, prævidens omissionem sacri post aliquod tempus audiendi, plura peccata omissionis committat, juxta et regulas generales de multiplicatione numerica peccatorum, desumpta ex actibus voluntatis moraliter interruptis: sicut etiam de Horis canonicis constat eum, qui mane decrevit divinum Officium omittere, et horam tertiam, seu decretum sæpius in die iteravit, plura peccata committere, juxta pluralitatem actuum voluntatis moraliter interruptorum per negotia impertinentia, aut alia ratione, ut patet ex regulis generalibus sæpenumero traditis.

Item dixi, modo adsit advertentia futuræ omissionis, quia si non adsit advertentia futuræ omissionis, non incurritur per culpa omissionis, quia omissio non censetur voluntaria, voluntas enim non fertur in incognitum. Quapropter qui se inculpabiliter inebriat, prohibetur Missam tempore ebrietatis sacrificii omissionem non prævidit, non peccat non solum contra temperantiam, verum neque contra præceptum Missæ, quia omissio sacri non est voluntaria: cum voluntarium supponat cognitionem et advertentiam.

Objicies 1mo. Actus externus,

Objicies

contra respectionem ad 2 quoes 7.

Objicies 1mo: Actus externus, qui fit cum advertentia, est peccatum, non solum quando voluntas illum elicit, venum etiam quando actus externus fit: ergo etiam omissio imputatur ad peccatum, non solum quando illi datur causa, venum etiam quando ipsa omissio contingit.

Respondeo concesso first. dist. conseq: ergo etiam omissio facta cum advertentia imputatur ad peccatum ehe contrav. conseq: omissio facta sine advertentia imputatur ad peccatum ehe nego consq.

Actus enim sicut actus externus, qui fit cum advertentia, imputatur ad culpam, dum fit; quia tunc temporis adest libertas et peccator operatur humano modo: ita malitia omissionis incurritur, dum ipsa omissio contingit, si peccator tunc temporis utatur ratione. Si vero omissio contingat, cum homo non utitur ratione et libertate, vel cum non habet amplius potestatem adimplendi praeceptum, malitia omissionis solum imputatur, quando voluntarie datur causa omissionis; non vero contingit imputatur, quando contingit ipsa omissio. Ratio est, tum quia, dum contingit omissio, non adest libertas, et usus rationis, vel potestas implendi praeceptum, ut supponitur; ergo omissio non imputatur ad culpam; dum omissio contingit: tum quia libertatem in causa, sequitur eum, qui voluntarie per nimiam comestionem dedit causam infirmitati, aut qui projecit Breviarium in mare, ratione cuius projectionis factus est impotens ad persolvendum divinum officium illis diebus, quibus iter in mare navigando peragit, semper esse in statu peccati mortalis, et non posse toto infirmitatis vel navigationis tempore justificari, cum tunc perseverat effectus illius comestionis, et omissio divini officii, quia supponitur posse voluntaria in causa cum advertentia infirmitatis et omissionis divini Officii secutura: absurdum autem est dicere, hominem toto infirmitatis vel navigationis tempore existere in statu peccati, et non posse justificari, ut bene docet Navis Legia, Becanus, Pecarthius, et alii; ergo omissio actualis non imputatur ad culpam, si tunc temporis contingat, quo non adest libertas, vel usus rationis, aut potestas adimplendi praeceptum; si vero contingat tempore libertatis, vel potestatis ad implendi praeceptum, non solum imputatur ad culpam, cum ipsi voluntarie datur causa, venum etiam eo tempore, quo ipsa omissio contingit: quamvis non concurrantur duo numero peccata, nisi moralis inter ruptio intercesserit inter causam omissionis datam, et ipsam omissionem. Hinc patet responsio ad objectionem.

Objicies 2do: Si omissio contingens eo tempore, quo non adest usus rationis, ut in somno, vel ebrietate, tunc solum imputatur ad culpam, quando data fuit causa omissioni, sequitur eum, qui omittit Missae Sacrum, si dum se ebrietate, aut alter somno indulget, non incurrere excommunicationem, si lata esset excommunicatio contra omittentes Missam, aut sequitur, ipsum incurrere excommunicationem, dum dedit causam omissioni alteri; sed hoc non videtur admittendum, peccatum omissionis imputari, quando contingit ipsa omissio, et quando datur data causa, etiamsi omissio eo tempore contingat, quo defecit usus rationis.

Respondeo incurrere ipsum excommunicationem, dum contingit ipsa omissio rei praeceptae sub excommunicatione, quamvis enim non peccet eo tempore, quo rem praeceptam omittit, sed antea peccaverit, nihilominus incurrit excommunicationem tunc temporis, quo sequitur omissio: cum excommunicatio non sit lata ob malitiam omissionis, sed ob causam omissionis, sed ob ipsam rei praeceptae culpabilem omissionem, censura autem lata ob aliquem effectum non incurritur, ejfectu nondum secuto et consummato, ut patet ex dictis de censuris.

Et quo licet inferre,

Ex quo licet inferre, censuram incurri posse, etiamsi peccatum prae-
=ferit, imo etiamsi peccatum fuerit per poenitentiam retractatum, mo-
=quatur effectus prohibitus sub censura. Ita Vasquez, Sanchez, et al.

Hinc colligi potest Imo quis dicendum sit de peccato commissionis, vi-
scilicet peccatum commissionis imputetur ad culpam, quando datu-
=sa commissionis, vel quando requiritur ipsa commissio? Dicendum enim
actum peccati commissionis, si contingat tunc temporis, quo non est in po-
=tate, et libertate hominis, illum evitare, imputari ad culpam, quando
illi fuit causa. Quamobrem qui ob nimium cibum infirmitati causa-
=vit, eo tempore peccavit, quo causam dedit, non vero tempore infirmi-
=tatis, aliquin peccatum intemperantiae, quod jam praecepit, imputaretur ad
culpam, quando infirmitas detrat: consequenter sequeretur, eum, qui
=sam infirmitatis dedit, non posse poenitere et justificari tempore infir-
=mitatis: cum peccatum mortale et gratia justificans simul stare nequeant.
Propterea qui voluntarie dedit causam pollutioni secutae in somno non
peccavit, quando pollutioni causam dedit, non vero quando secuta est pol-
=lutio: consequenter iste satisfacere videtur in confessione, dicendo se pol-
=lutioni causam voluntariam dedisse, modo reipsa pollutio secuta sit in
somno, vel eo tempore, quo non erat in potestate hominis illam evitare,
et non adfuerit complacentia voluntaria in pollutione, vel post pol-
=lutionem. Haec enim sunt distincta peccata numero necessario explicanda
in confessione.

Quinimo qui advertit secuturum homicidium in ebrietate, et non ad-
=hibuit diligentiam ad illud impediendum, peccavit hunc temporis, quo se
ebrietati cum advertentia secuturi homicidii, hunc enim dedit causam ho-
=micidio, non vero peccavit, quando secutum est homicidium: quia hoc
=non ut debetur ratione, ut supponimus: consequenter satisfaciet in confes-
=sione dicendo, se dedisse causam voluntariam homicidio. Haec tamen intelli-
genda sunt, et vi confessionis talis peccati praecise, ut bene docet Vasquez
=nius, et alii recentiores: nam ratione restitutionis, ad quam tenetur ex ho-
=micidio, non satisfaciet dicendo, se dedisse causam voluntariam homicidio
teneretur insuper monere homicidium aperire, cum obligatio restituendi con-
=gat ex actuali homicidio, et non ex sola homicidii culpa.

Ex quo patet, quid dicendum sit de irregularitate aut de excommunicatio-
si homicidio adnexa sit excommunicatio: nam ad incurrendam excommuni-
=onem, vel irregularitatem, vel obligationem restitutionis, satis est voluntaria
causam effectui dedisse, cui haec sunt adnexa, imo ex sequatur effectus, et
effectus contingat tunc temporis, quo non adest libertas et usus ra-
=tionis. Ita Vasquez, Lessius, Sanchez, et alii.

IIdo colligi potest illum, qui per negligentiam mortalem non discit
leges et praecepta, qua strictae tenebatur, et poterat posita ipsorum ad-
=vertentia, si ponat contra talia praecepta aliquid agat eo tempore,
non potest illa cognoscere, peccasse, dum potuit ignorantiam vin-
et discere talia praecepta, non vero dum facit contra praecepta cum ig-
=norantia: nam hunc tempus non habet, a quo vocat illa ignorantia.
Unde si comedat carnes, vel non jejunet eo tempore, quo non habet copiam
alicujus, a quo instrui possit de praecepto jejunii vel abstinentiae ad-
=hibita, non peccat eo tempore, quo carnes comedit, vel non jejunat,
eo tempore peccavit, quo praeceptum jejunii potuit cognoscere. Ita
Sanchez, et alii.

Observa tamen cum Sanchez mala, quae provideri poterant
=tura eo tempore, quo homo non utitur ratione, ut in ebrietate, aut
=am eo tempore, quo non habet copiam alicujus, a quo praeceptum dis-
esse tantummodo venialia, si ebrietas aut negligentia fuit tantum-

=do venialis: cum enim

o venialis: cum enim mala, quæ sequuntur, sint voluntaria tantum
modo in causa, non possunt majorem culpæ gravitatem habere, quam
habeat ipsa causa: imo licet ebrietas ipsa sit mortalis, negligentia vero
in præcavendis malis in ea previsis sit solum levis, talia mala non
imputantur ad culpam mortalem, ut in simili docui de homicidio in
tract. de restitutione, cum Lessio, et decimoquarto communiter docent Sanchez, Beca-
nus, et alii recentiores.

Hic colligi potest, eum, qui blasphemias vel perjuria previdet in
ebrietate secutura, graviter peccare hunc temporis, quo illa previdet,
non præcavet: sunt enim peccata intrinsece mala, et sunt sufficien-
ter voluntaria in causa. Ita Sanchez, quem quasi in contrarium
videntur aliqui sentire videantur.

Dices: Qui tempore ebrietatis profert convitia et contumelias in
homines, quas previdit in ebrietate secutura, non peccavit eo tempore,
quo illas prohibere tenebatur; ergo neque peccat, qui blasphemias,
vel perjuria previdet in ebrietate secutura.

Respondeo concessa min. nego conseq. Ratio disparitatis est, quia
contumelia et convitia, quæ ebrietatis tempore committuntur, communi
hominum sensu parvi pendentur, nec reputantur in vitio; consequenter
qui eas previdet in ebrietate secuturas, non videtur graviter peccare:
blasphemia vero et perjuria sunt intrinsece mala, et divino honori viden-
tur graviter adversari. Ita Vasquez, Sanchez, Laymus, et alii.

Quæres. 8. An peccatum omissionis ~~semper~~ conjunctum
sit cum aliquo actu incompossibili, qui sit causa peccati omis-
sionis, et per accidens?

Respondeo affirmative, sic: peccatum omissionis, ~~semper con-~~
~~junctum~~: regulariter loquendo: conjunctum est cum aliquo actu incom-
possibili, qui est causa omissionis saltem extrinseca, et per accidens.
Patet est: quia omittens v.g. sacrum, ut circa illud omittit, quia illud po-
sitive non vult audire, aut quia se tuto credit, etc; sed iste actiones sunt
incompossibiles cum adimpletione præcepti, et sunt causa saltem indirecta
omissionis præcepti: ergo peccatum omissionis: regulariter loquendo: conjun-
ctum est cuidam aliquo actu incompossibili, qui est causa omissionis. Ita
D.D. statim citandi.

Dixi, regulariter loquendo: nam extraordinarie et absolute loquendo, censeo
aliquam omissionem reperiri posse sine ullo actu, qui sit proprie actus; si
quidem enim tempore, quo præceptum contritionis obligat, suspendat actum
contritionis, nullum actum haberet incompossibilem cum actu contritionis
cum negative se habeat, ut suppono. Item si quis siliat eo tempore, quo
audienda est correctio, non dicitur aliquem actum incompossibilem cum fra-
terna correctione propriæ exercere; cum silentium et taciturnitas propriæ
non sit actio. Ita Valentia, Reginius, Durandus, Aconius, Villuccius,
contra Becanum, Vasquez, et alios apud Becanum.

Objicies 1mo: Omissio actus mali, qualis est omissio actus furandi,
nunquam esse potest bona et meritoria sine aliquo actu; ergo nec omis-
sio actus boni, seu peccatum omissionis potest esse sine aliquo actu.

Respondeo: nego conseq. Ratio disparitatis est, tum quia pluris requi-
ritur ad actum meritorium, quam ad peccatum; bonum enim est ex
integra causa, malum ex singulis defectibus. Tum quia bonum debet esse
voluntum et intentum; consequenter non potest esse sine aliquo actu; pecca-
tum vero subsistit, etiamsi non sit intentum, cum nemo intendens ma-
lum operetur.

Objicies 2do. Nullum est

Objicies. 2do. Nullum est peccatum, nisi sit voluntarium; voluntarium autem non est sine actu positivo, cum voluntarium dicat actus voluntatis, quo quis se determinat ad aliquem partem.

Respondeo nullum esse peccatum, nisi sit voluntarium saltem interpretative et moraliter; potest autem esse voluntarium interpretative et moraliter absque omni actu positivo, ut contingit, quando voluntas tenetur aliquem actum elicere, sed illum non elicit, ut docet Becanus.

Quærendum modo est, utrum actiones, quæ sunt causa omissionis, sint malæ, vg, utrum ludus, quo quis detinetur, dum Missæ sacræ audiendæ est, sit malus, et quia malitia, cum sit causa omissionis. Prout quo sit

Articulus III

An actiones illæ, quæ sunt causa peccati omissionis, sint malæ et peccaminosæ?

Hunc Articuli titulum exprime per Quæres. Sit itaque

Quares. 1. An actiones illæ, quæ sunt causa peccati omissionis, sint malæ et peccaminosæ?

Respondeo affirmative, esse illas malas et peccaminosas.

Ratio est: quia illa actio est mala, quæ est causa peccati; sed quæ est causa omissionis, est causa peccati: ergo est mala. Prob. res statim citandi.

Hinc sequitur 1mo: ludum, quo quis tempore audiendi sacri detinetur, esse malum et peccaminosum. IIdo, non solum voluntarie omittendi divinum officium, venemetiam propechonum Breviarii peccaminosam et malam, quando quis navigaturus per aliquot dies intendit illis diebus divinum Officium non recitare, et ob id Breviarium in mare deficit: nam propectio Breviarii vere est causa omissionis, cum per ipsam auferatur facultas recitandi divinum Officium. I.D. statim citandi.

Dixi in propositione, actiones, quæ sunt causa omissionis etc: nam si quæramur de actionibus, quæ non sunt primario causa omissionis, sed quæ tantummodo se habent concomitanter, dicendum est, eas non esse malas malitia omissionis. Unde qui dormit, Missa sacrum non auditurus peragat, licet peccet ille agendo tempore audiendæ Missæ, quia susceptio illiperis sit causa omissionis sacri: veruntamen si, dum ille dormit, cantet, vel recitet officium, quo ipso debitatur, non peccat recitando, vel cantando, cum actio cantandi vel recitandi Officium se habeat tantummodo concomitanter, et non sit causa omissionis. Ita Valentia, Clavis Regia, Decanus, Filliucius, Vasquez, et alii communiter.

Circa hanc materiam sunt quædam dubia, quæ per specialia quæstiones et responsiones ejus in hoc eodem articulo explicabuntur solvenda.

Quares. 10. Quænam actiones concurrant causa omissionis peccati actum internum voluntatis, seu propositum omittendi rem præceptam? Refert aliquos Doctores esse, qui putant solum propositum omittendi præceptum esse causam omissionis; reliqua verb opera, quæ post hujusmodi propositum exercentur, habere se concomitanter ad omissionem, non tamen causam omissionis. Ita Silvestra, Navarra, et alii apud Valentiam. Alii vero putant, omnes actiones, quæ fiunt tempore omissionis, esse incompossibiles cum actu præcepto, esse causas omissionis, consequenter esse peccaminosas. Hoc sentire videtur Valentia et alii.

Respondeo, ut respondet Bonacina, quem sequor: cum Decano et alio censeo, non solum propositum

sco, non solum proposithum omittendi rem praeceptam esse causam omissionis; venum etiam illas actiones, quae elicito proposito omittendi praeceptum per se primo eliguntur, et sunt incompossibiles cum pro-
pposito.

Quod non solum propositum sit causa omissionis, Patet: quia illud est causa omissionis, vi cuius sequitur omissio; omissio autem non sequitur ex solius propositi, cum nullus Saecrdos ergo omittat, nisi hunc tempo-
re, quo Missam audiendam est, domi se continet, vel dormiat, vel iter agat, vel studeat, vel quid aliud praeter.

Quod vero actiones, quae elicito proposito, per se primo eliguntur, et sunt incompossibiles cum actu praecepto, sint causa omissionis, constat, quia illae actiones sunt causa omissionis, vi quarum sequitur omissio et transgressio praecepti; sed tales sunt actiones, quae facto proposito omitten-
di rem praeceptam per se primo eliguntur; ergo actiones, quae elicito pro-
posito per se primo eliguntur, et sunt incompossibiles cum actu praecepto, sunt causa omissionis. Reliqua vero opera, quae quasi secundario post electionem primi operis incompossibilis eliguntur, non videntur pro-
prie causa omissionis. Patet: quia virtute ipsorum non sequitur omissio; nam quando quis elicito proposito omittendi sacrum intendit tem-
pore Sacri iter peragere, aut domi permanere, seu interim dum commo-
datur domi, vel dum iter agit, vacat studio, vel recitationi divini officii, con-
tra ipsius studium, vel recitationem divini Officii non esse causam omissionis; consequenter non esse peccatum, cum omissio Sacri non sequatur, nisi secun-
dum et concomitanter vi studii vel recitationis divini Officii; primario vero sequatur vi primi operis incompossibilis jam electi.

Instabitur: Si quis detrevisset segetes alicuius comburere, ipsum que ego ad-
juvarem ad incendium, incendium mihi etiam adscriberetur: ergo etiam omissio non solum videtur imputanda primo actioni incompossibili, verum etiam aliis, quae fiunt tempore omissionis.

Respondeo nego consequentiam. Ratio disparitatis est, quia primum opus habet, et in ordine impedit adimplectionem praecepti, cum virtute ipsius sequatur omissio: reliqua vero opera non impediunt adimplectionem pra-
cepti, nisi concomitanter, cum virtute ipsorum non sequatur omissio. Qui vero auxilium praebet ad comburendas segetes, influit, et cooperatur ad combustionem; consequenter combustio ipse etiam adscribitur, et im-
putatur. Ita Becanus, Clavius Segeda, et alii citati supra ad probationem quorundam Ibi.

Dubia sequitur diebium proponendum. Sit itaque

Quaestio.

An ille, qui dat operam actioni bonae eo tempore, quo praeceptum adimplendum est, ita peccet, ac si actio-
nem illam se indifferentem exercaret, id est, Utrum actiones, quae sunt causa omissionis, sint mala, non solum si actiones ipsae sint ex se indif-
ferentes, verum etiam si sua natura bonae sint?

Respondeo actiones etiam ex sua natura bonas effici malas, dum sunt causa omissionis praecepti, et dum omissio praecepti imputatur ad peccatum. Quamobrem in ratione peccati omissio-
nis non minus peccat, qui tempore Missae domi se continet relictan-
do Coronam, vel curando infirmum praecisa necessitate curandi in-
firmum, quam si luderet, vel dormiret, etc. Ratio est, quia una et circumstantiis comitantibus actionem est malus eventus et pec-
catum, quale in praesenti casu est omissio actus praecepti, cui sicut adversatur actio indifferens cum ipso incompossibilis, ita etiam ad-
versari potest actio ex sua natura bona, quoties cum adimpletione praecepti est incompossibilis. Ita Doctores Latim citandi

Dixi in responsione, cum omissio praecepti imputatur ad peccatum, non quando praecepti omissio non imputatur ad peccatum, actio bona,

quia tunc temporis exercetur, non est peccaminosa et mala, ut p
se patet, cum in se bona sit ex suppositione jam facta, et nulli prae
adversetur. Quamobrem actio, qua quis ob necessitatem curat
firmum tempore audiendo Missa, non est mala, nec imputa
ad peccatum. Ratio est, quia quando duo praecepta simul concu
eo eodem tempore, ita ut unum nequeat adimpleri, nisi alterum
latur, adimplendum est praeceptum majus, et non violetur prae
tum minus, cum tunc esset obligatio minoris praecepti: sed majo
stichior est obligatio juris naturae servandi infirmum graviter
fem, quam obligatio Ecclesiastica Missa audiendi: ergo actio, q
quis ob necessitatem curat infirmum tempore Missa audiendo, no
est peccaminosa et mala. Ita Clavis Regia, Azorius, Becanus,
alii communiter. = Hinc obiter colligi potest solutio illius
cultatis, qua quaeritur, ut sonat quaestio, si vi ague

Quæres. 12. Quodnam praeceptum servandum sit
incompossibilia, ut utrumque eodem tempore servari nequeat

Respondeo. per se loquendo, servandum esse majus pra
tum; quia de duobus malis minus est eligendum; minus
malum divinare eligitur: quamvis, proprie loquendo, non pos
temporis malum appellari seu bonum, eligendo adimplendum
observantiam majoris praecepti, quam labioris: cum gravius pecca
sit violare gravius praeceptum, quam levius. Ita Doctores sta
citandi.

Objectiones

Objicies I^mo: Si alicui permittatur festum colere et observ
modo mentiatur in re levi, non potest hic mentiri ad servandum
festum, etiamsi mendacium in re levi sit peccatum tantummodo
tale, violatio vero diei festi sit peccatum mortale: ergo de duob
malis non potest minus eligi.

Respondeo de duobus malis minus eligendum esse, quotie
nus malum per sui electionem quasi malitiam et deformitatem
non accidit in proposito casu, cum mendacium sit intrinsece m
nunquam sit eligibile, et nunquam exuat malitiam et deformi
Ita Sanchez, et alii, quos ad similia retuli in 8 praecepto Decalogi
principia, quibuscum aliqui in contrarium sentiunt.

Objicies II^do. Qui vehementi carnis tentatione vexatur, non
est eligere fornicationem, ut evitet adulterium vel gravius pec
tum: ergo de duobus malis minus non est eligendum.

Respondeo de duobus malis minus eligendum esse, quotie
tenus eorum eligendum est, quod non accidit in proposito casu,
quo qui premitur stimulis carnis, potest et tenetur utrumque pec
effugere, et in ipsius potestate potius est, utrumque evitare, ut
similibi docui de restitutione, disput. 1. = Et solutione itague p
positi quaesiti sequitur

Sequitur I^mo: praeceptum naturale divinum servandum esse, q
praeceptum naturale divinum concurrit cum solo divino vel humano
gravius enim est praeceptum naturale divinum, per se loquendo,
solum divinum vel humanum.

Sequitur II^do: si divinum vel naturale concurrat cum humano, s
vandum esse divinum vel naturale; quia praeceptum divinum
naturale praeponderat praecepto humano.

Sequitur III. quando simul.

sequitur III tio, quando simul concurrit præceptum affirmativum negativum, servandum esse negativum; quia negativum præceptum præponderat affirmativo; nec sunt facienda mala, ut veniant bona.

sequitur IV. quando concurrit præceptum altioris virtutis cum præcepto inferioris virtutis, regulariter loquendo, servandum est præceptum altioris virtutis, quia hoc, per se loquendo, præponderat præcepto inferioris virtutis.

sequitur V. cum, qui diebus festis domi se continet ad custodiam infirmi, excusari a peccato, quia præceptum custodiendi infirmos in necessitate constitutos, est præceptum naturale; præceptum vero audiendi Missæ est Ecclesiasticum; præceptum autem naturale præponderat Ecclesiastico.

Dixi in responsione propositi quæsiti, per se loquendo servandum esse majus præceptum, ut advertetem aliquando etiam servandum esse inferius præceptum, ut quando sic expedit bonum commune, aut quando relatio superioris præcepti est levis, materia vero inferioris præcepti est gravis: nam grabis materia gravem inducit obligationem, et levis levem. Vide, quæ infra dicam in Disput. sequenti. Et dictis sequelis

Quæres 13. An eligens adimplentionem minoris præcepti relicto gravioris, peccat?

Respondeo. peccare ipsum, sed venialiter tantum, si excessus est parvus et modicus, eo quod levitas materiæ excusat a mortali, Secus si magnus sit excessus inter minus et gravius præceptum, seu inter materiam minoris et gravioris præcepti, hunc enim violatur præceptum in re gravi, et adest magna inordinatio. Quando vero nullus apparet excessus inter hæc duo præcepta, quodlibet eorum ad libitum eligi potest, quia non est major ratio, cur unum præceptum potius eligatur, quam alterum. In præmissis consentit Navarrus, Covarruvias, Sanchez, Cordoba, Regin. Albus, Vasquez, Azorius, Henriquez, et alii, in simili materia de contritione.

Dubitabis quæres, quid sentiendum sit de actibus voluntatis sub conditione elicitis, ut si quis dicat: Si peccatum furti vel fornicationis a me committendum esset, potius juraret? Respondeo hos non videri peccaminosos ex suppositione, quod talem eligeret: nam voluntas determinatur ad electionem minoris mali, ut supponitur: quia conformis est rectæ rationi dictanti minus malum esse eligendum, et gravius fugiendum. Ita Sanchez, et alii, quos in simili materia de matrimonio, q. 3. dec. 6. qui delectationem capit sub conditione si liceret. Secus dicendum est, si ponamus, alterum non esse licitum eligendum: sed esse in eligentis potestate, alterum eligere, patet ex dictis in secunda objectione. Sequitur dubium aliud.

Quæres 14. Quomodo malitia, seu quia species malitiæ sint actiones mala, quæ sunt causa omissionis?

Respondeo actiones, quæ sunt causa omissionis, revocari ad peccatum omissionis. Ratio est, tum quia voluntas et causa furti non habet aliam malitiam, quam furti: ergo etiam voluntas et causa omissionis non habebit aliam malitiam, quam omissionis: tum quia tales actiones non habent malitiam, nisi quia sunt causa omissionis, ut supponitur: ergo accurrentur ad peccatum omissionis. = tum quia illud est peccatum omissionis, quod opponitur præcepto affirmativo, sicut illud est peccatum commissionis, quod opponitur præcepto negativo: omissio enim sacri audiendi est peccatum omissionis, quia opponitur præcepto affirmativo audiendi sacrum, et furtum est peccatum commissionis, quia opponitur præcepto negativo prohibenti furtum: sed actiones, quæ sunt causa omissionis, opponuntur præcepto affirmativo, quo præcipitur actio, et

remotio impedimentorum

remotio impedimentorum ad talem actionem: ergo habent malitiam peccati omissionis. Ita Clavis Regia, Decanus, Azonius, Filliut, Vasquez, et Sedina, et alii contra Valentiam.

Opicies contra hanc responsionem et probationem.

Opicies Peccatum omissionis consistit in privatione actus debiti, sed actiones, quæ sunt causa omissionis, non sunt privatio actus debiti, sed potius sunt actus habentes privationem bonitatis debitæ: ergo non habent malitiam omissionis, sed potius commissionis; cum peccatum commissionis consistat in privatione bonitatis debitæ actui.

Respondeo hinc solum inferri actiones, quæ sunt causa omissionis non esse propriè omissiones materialiter, non vero non esse omissiones formaliter, et non recidi ad peccata omissionis; nam peccatum omissionis consistit in privatione actus debiti ex præcepto affirmativo; sic peccatum commissionis consistit in privatione bonitatis debitæ ex præcepto negativo. Cum ergo bonitas, quæ privantur actiones, quæ sunt causa omissionis, sit debita ex præcepto affirmativo, dicendum est hujusmodi actiones habere malitiam peccati omissionis. Ita Decanus, et alii. Dub.

Item novum dubium est circa hanc materiam: Sit dubium

Quæres. 15.

An in confessione aperiendæ sint actiones quæ fuerunt causa omissionis?

Respondeo negative: nibi sunt actiones, quæ habent malitiam distinctam a peccato omissionis. Unde qui operam dedit studiis, aut se detinuit somno, vel lectione tempore missæ audiendæ, satisfacit in confessione dicendo, se missam omisisse, quamvis non fatetur, se illam omisisse dormiendo, vel ludendo, vel propter studium, etc: nam somnus, aut studium, aut ludus, non habent malitiam distinctam ab omissione, ut supponitur.

Si vero actiones, quæ fuerunt causa omissionis, habeant malitiam distinctam a peccato omissionis, non sufficit in confessione dicere omissionem; sed explicanda sunt ipsamet actiones, quæ fuerunt causa omissionis. Quamobrem, qui tempore audiendæ missæ operam dedit furtis, vel detractionibus, vel aliis, non satisfacit in confessione dicendo, se missam audire prætermisisse; sed necessario debet explicare furtum, detractionem, vel aliud, etc. Dalia est, quia tales actiones habent aliam malitiam speciei diversam, quæ non explicatur explicato peccato omissionis, cujus fuerunt causa; omnia autem peccata aperienda sunt in confessione quoad numerum, et quoad species. Ita Valentia, Clavis Regia, Azonius, Suarez, Regin, Dues, et alii, quos retuli de pœnitentia, dum agerem de circumstantiis in confessione aperiendis.

Quæstio III.

De Differentia seu distinctione peccatorum cordis, oris, et operis.

Cum jam de distinctione peccatorum in communi et particulari præsertim de distinctione peccati commissionis peccati omissionis sat fuse diximus; superest ad finem in discutienda distinctione particulariter sumpta nempe

peccatorum cordis, oris

peccatorum cordis, oris, et operis persistamus. Sit itaque

Articulus Unicus.

An peccata completa et consumata in solo corde ac voluntate specie differant a peccatis completis et consummatis in ore vel opere?

Vota Lire: Peccata cordis, oris, ac operis dupliciter considerari posse. Imo quatenus singula sunt ex se completa et perfecta quo pacto peccata, quæ consummantur in corde, dicuntur completa et perfecta ut est odium, hæresis, invidia, desperatio, judicium temerarium. Item peccata oris, quæ consummantur in ore, dicuntur completa, ut est convicium, mendacium, perjurium, falsum testimonium, etc. Et denique opera peccata operis, quæ consummantur opere, dicuntur completa, ut est furtum, homicidium, fornicatio, etc. Quo modo considerari possunt, quatenus sunt incompleta, et per ordinem ad alia, seu quatenus sunt via, principium, origo, dispositio, seu præparatio ad peccatum operis: peccatum enim operis aliquando trahit originem a corde, et aliquando ab ore. Quamobrem fur prius cogitat, et meditatur furtum, deinde convocat socios, et alloquitur illos, verbis movet, ac denique ad injustum opus complete trahit.

His positis, quærendum est, an hæc peccata distinguantur specie, sive primo, sive secundo modo considerentur.

Quæres. 16. An peccata, quæ complentur in corde ac voluntate, differant specie a peccatis, quæ perficiuntur et consummantur in ore vel opere?

Respondeo affirmative. **Ratio** est: quia hujusmodi peccata sunt privationes perfectionum specie diversarum; cum alia sit perfectio, quæ privat odium, alia, quæ privat convicium, et alia, quæ privat homicidium. Peccata eadem distinguuntur specie penes privationes perfectionum specie diversarum, ut constat ex supradictis. Ita Doctores statim citandi.

Quæres. 17. An peccata cordis et oris, si considerentur, ut sunt origo et principium, seu dispositio ad peccatum operis, differant specie?

Respondeo negative. **Ratio** est: tum quia considerantur, ut perfectum et imperfectum in eadem specie: tum quia opponuntur eidem virtuti, et privationem perfectionis et bonitatis ejusdem speciei inducunt: ergo non differunt specie. Ita D. Stat. citandi.

Hinc sequitur, voluntatem seu propositum furandi esse ejusdem speciei cum furto; desiderium fornicandi esse ejusdem speciei cum opere carnali fornicationis. Ita S. Thomas, Cajetanus, Vasquez, Suarez, Sanchius, Navarrus, Silvius, Azorius, Reginaldus, Valentia, Filliucius, et alii communiter.

Observa tamen, eum, qui peccatum aliquod cordis vel oris commisit per ordinem ad opus externum, ut si turpi sermone aliquem traxit ad luxuriæ peccatum, non satis facere in confessione dicendo se tale peccatum cordis vel oris commisisse, v. g. dicendo se turpi sermone allocutum fuisse, sed teneri opus completum aperire, quia peccatum cum effectu aperiendum est, ut patet ex dictis de Statibus, ubi etiam ostendimus, an aperienda sit circumstantia personæ, aut alia circumstantia.

Dissertatio VI.

De Qualitate et distinctione peccatorum comissorum ex defectu Conscientiæ.

De hac Dissertatione doctrinas vide in Otho libello.

BIBLIOTHEK-SAVORJAN-LEOPOLDINUM

Rkps. Nr. 351.
K. 53.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.